



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

=1402

NO. **644** OF R. M. DAWKINS' COLLECTION
OF BOOKS OF USE TO THE HOLDER OF
THE BYWATER AND SOTHEBY CHAIR
OF BYZANTINE AND MODERN GREEK
IN THE UNIVERSITY OF OXFORD

Dawk DF 550.C8.J6 (1)

~~CANCELLED~~



C O R P U S
SCRIPTORUM HISTORIAE
B Y Z A N T I N A E.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

I N S T I T U T A,

OPERA

**EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. DINDORFII ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.**

PARS XX.

C A N T A C U Z E N U S.

VOLUMEN I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXVIII.

IOANNIS
CANTACUZENI
EXIMPERATORIS
HISTORIARUM

LIBRI IV.

GRAECE ET LATINE.

CURA

LUDOVICI SCHOPENI.

VOLUMEN I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXVIII.

P R A E M O N I T U M .

Hanc novam Ioannis Cantacuzeni editionem, cuius nunc primum volumen prodit, reliqua duo sequentur proxime, descriptam exhibemus ad exemplum editionis Parisinae, quae anno 1645. voll. 3. fol. typis regiis impressa est. Graeca primum ea editio vulgavit, eaque ex uno codice Parisino, uti haec verba, in titulo posita, testantur: *Graeca nunc primum prodeunt ex codice MS. Bibliothecae Viri Illustrissimi Petri Seguierii Franciae Cancellarii*. E regione textus graeci, sectis paginis, versionem latinam habet, quam Iacobus Pontanus, codice Bavarico usus, dudum ante edidit Ingolstadii anno 1603., annotationibus cum suis tum I. Gretseri auctam. Quis editionem Parisinam curaverit, neque titulus neque praefatio tradit; at hominem eum fuisse eruditum graeceque doctissimum, annotationes margini adscriptae probant, quibus tum locos non ita faciles intellectu ex interiore rerum cognitione explanat, tum codicis sui corruptelis felicissimam plerumque medici-

nam adhibet, ita ut maximam partem emendationum earum in textu reponere non dubitarim. Quo magis dolendum est, uberiores eius annotationes, ad quas lectorem p. 177. C. remittit, nunquam in lucem prodisse, neque omnino ab eo tantam in posterioribus Cantacuzeni libris curam positam esse, quanta in castigandis prioribus elaborasse censendus est. Quamquam vel in his ipsis plura inveni, quae cum manifesto depravata essent et corrigi poscerent, ille non animadvertit, aut animadversa ita tentavit, ut veritatem scriptorisque manum nondum assecutus videretur. Itaque ipse emendandi subinde periculum feci, et siquando meliora ac satis certa suppeterent, ea breviter indicavi. Codice usus sum nullo: eiusmodi praesidii loco versionem Pontani habui; inspexi etiam interdum, nec id sine operae fructu, editionem Venetam a. 1729. fol., quam ex Parisino exemplo transcriptam esse constat. Ea enim aliquot menda iam correcta exhibet, aliorum tamen passim obsita est turba foediore. Denique nonnullis in locis emendationibus, quas Vir Illustris, B. G. Niebuhrius, et, cuius nunc Bonna distracti iucundissimam memoriam hic recolere iuvat, Henr. Grauertus, margini editionis, qua utor, adscriperant, egregie adiutum me esse gratus profiteor.

Restat, ut iis, quae in praefatione Pontani de Cantacuzeno ipso eiusque in enarrandis rebus fide ac studio veri satis magnifice praedicantur, iudicium addam Ed. Gibboni, in primis intelligentis harum rerum existimatoris, quod adeo verum

reique consentaneum est, nihil ut praeclarius et ad usum huius scriptoris recte instituendum salubrius dici posse videatur. Verba autem eius, quae Hist. of the D. and F. of the R. E. c. LXIII. leguntur, haec sunt:

»The name and situation of the emperor John Cantacuzene might inspire the most lively curiosity. His memorials of forty years extend from the revolt of the younger Andronicus to his own abdication of the empire, and it is observed, that, like Moses and Caesar, he was the principal actor in the scenes which he describes. But in this eloquent work, we should vainly seek the sincerity of an hero or a penitent. Retired in a cloyster from the vices and passions of the world he presents not a confession, but an apology, of the life of an ambitious statesman. Instead of unfolding the true counsels and characters of men, he displays the smooth and specious surface of events, highly varnished with his own praises and those of his friends. Their motives are always pure; their ends always legitimate: they conspire and rebel without any views of interest; and the violence which they inflict or suffer is celebrated as the spontaneous effect of reason and virtue.«

Scr. Bonnae mens. Sept. a. 1828.

EDITIONIS PARISINAE PRAEFATIO.

LECTORI

CANDIDO.

Secundus et quadagesimus annus hic agitur, postquam Iacobus Pontanus Societatis Iesu Ioannem Cantacuzenum Orientis Imperatorem e palliato togatum fecit: de Graeco, inquam, in Latinum eleganter convertit: togaeque eius notas pererudititas veluti purpuram intexuit, ne scilicet terrae Graeciae princeps in publicum sine purpura prodiret. Itaque longe optimum historicum et veteribus rerum scriptoribus sine dubio comparandum, qua docti, qua indocti manibus versabant. Hi propter rerum gestarum memoriam auctorem laudabant, et probabant: illi rerum divinarum atque humanarum scientiam in principe suspiciebant: civilem animum, prudentiam domi militiaeque, fortitudinem in rebus hostilibus: animi magnitudinem in perferendis iniuriis, quas intulerant modestiae nescii et pudoris ignari homines, quosque ex paene servis liberos fecerat, et ex infimis hominum, summos. Denique in imperatore clementiam erga hostes, dignos profecto qui hostilia paterentur, funditusque tollerentur; postremo abdicationem imperii, despectionemque summae rei demirabantur, cuius causa plerique iura divina humanaque violant, et secessum in monasterium, quo solitarius separatusque ex hominum frequentia puriorem et sanctiorem vitam viveret. Hi, inquam, id est, Graecae linguae nescii, non aliter quam Latine loquentem vellent: illi, id est, callentes utriusque linguae diutius ferre non poterant, ut Graecus auctor aliter, quam Graece loqueretur. Quod cum intelligeret Illustrissimus Vir

D. de Noyers regi ab intimis consiliis et secretis, cuius curae aedificia regia, artes, ipsaque typographia regia permissa sunt, pro singulari humanitate sua, proque innato non vulgari erga litteras affectu, quarum propagationem ad summam rempublicam pertinere probe scit, statim optimum factum videri sibi significavit, ut *δύλωτος* ederetur auctor luce dignissimus, quo utrosque voti compotes faceret: utque ipse Cantacuzenus cum tineis et blattis pugnare desineret, qui tot pugnas pugnasset, totque hominum strages, priusquam e vivorum numero eximeretur, edidisset: quo facto egregio nemo sane sapiens ibit inficias, illustrissimum virum optime de litteris esse promeritum, eoque nomine unicas ei gratias agendas. Quin imo, si quid manes sentiunt, id ipsi Cantacuzeno acceptissimum fore credibile est, quod Latinae linguae et Graecae quodam consortio quasi quodammodo inter veterem novamque Romam bene convenire videatur, quod ille vivus percuperat. Hoc igitur frui, Lector, et beneficium agnosce viri, quo nemo ad bonas artes promovendas, et eximios ab arte viros iuvandos propensior existit, si non ingratus atque ab omni humanitate alienus es. Quod si te hic aequum praeberis, primo quoque tempore omnes historiae Byzantinae scriptores tam editos, quam manu exaratos typis regiis edendos eiusdem illustrissimi viri ductu et Regis Christianissimi auspiciis prolaturi sumus: de cuius rei utilitate plerique omnes consentiunt. Vos qui litteras amatis, favete, et consilio iuvate. Fama, virtus, et recti amor eum deseruere, qui litteras non amat, aut eas incultas deserit: et penitus inglorius, vel iudicio suo nec memoria, neque litteris dignum quidquam gessit, sed quod aeterno silentio magis obruendum sit, quam litterarum monumentis mandandum. Vale.

IACOBI PONTANI PRAEFATIO.

Qui de Graecis in Latinum convertere aggrediuntur, et bonos scriptores veluti mortales peregrinos, atque ab exteris regionibus ad se ventitantes, hospitio humaniter ac benigne accipiunt, eosque patriae suae linguam, mores, et instituta docere conantur, quo (contra quam olim civili Romanorum iure mittebatur, per quod duarum civitatum civis esse nemo poterat) in posterum non minus inter Latinos, quam inter Graecos profiteri queant, nae illi munus sane pulcrum, utilitatis, iucunditatisque plenum: addo etiam, nisi in eo exercitationem iam ceperint, impeditum ac laboriosum aggrediuntur. Quid enim, amabo, cum universo genere litterarum, tum duabus hisce linguis, Graeca scilicet ac Latina, quibus divinae, humanaeque artes, et scientiae omnes continentur, praeclarius? quid elegantius? quarum in utraque versantur, qui de altera in alteram bona scripta transferre, et de doctrinarum candidatis, perque illos de hominum genere quam optime mereri (quod ipsum est inprimis laudabile) annuntur. Et cum etiamnum haud pauca in Graecis codicibus, per illustriores praepotentium ac principum virorum, et rerumpublicarum bibliothecas abdita et inclusa lateant, quibus in apertum proditis crescere, ac propagari possit in omnem partem nostra eruditio, eorum studia, qui id praestant, fructum ferre permagnum quis inficiabitur? Sed quamquam labor is adhuc tironibus, paucorumque stipendiorum militibus operosior accidit: propterea quod permulta vitia et peccata occurrunt, quae vitare difficile est (cuius rei non leve argumentum, quod cum interpretes paene innumerabiles,

excellentes tamen atque perfectos admodum raros nominare possumus) nihilo minus in ista quantacunque interpretandi defatigatione ac molestia, suavitate quadam perfunditur, expleturque animus, cum sibi in sinu quodammodo nasci thesaurum videt, unde bonarum litterarum ditior evadat: quaeque hactenus tot hominum, etiam eruditorum, millia ignorarunt, multoque diutius, ac perpetuo forsitan ignorassent, ea princeps cognoscit, et sollicitudines, operam atque conatus suos spe et fiducia gratae posteritatis consolatur.

Ceterum cum in hoc quoque tam praestanti munere elaborandi, et aliquod operae pretium faciendi voluntas non mediocris iam pridem mihi haud defuerit, nihilominus eius difficultates cogitatione complectentem, non quidem pudor subrusticus, sed metus quidam, ut arbitror, ingenuus semper absterruit. Et nescio quomodo haeret in medullis, nec oblivisci queo, quod apud scriptorem persapientem legere memini: praestare timere, quam audere in litteris. Accessit ad me retardandum, quod qui primorum primi, signiferique, atque adeo, qui interpretum familiam ducere existimantur, vel in uno libro convertendo creberrime hallucinati, atque a lineis, quod dicitur, excidisse, diligentiorum animadversione deprehensi sunt. Quenam ergo mihi semidocto fama speranda fuit? Verum enimvero, cunctantem ac trepidantem sapientium virorum auctoritas commovit, ipsaque ratio confirmavit, ut aliquando in isthanc palaestram descenderem: siquidem, iuxta vulgatum, nemo nascitur artifex: et ars nulla est, in qua non peccando discatur: quodque nobis pueris quondam praeceptores in ludo ingerebant, qui nunquam male, nunquam bene. Factum igitur, ut cum Serenissimus Boiorum princeps Maximilianus Societatis nostrae domesticis potestatem liberaliter atque ultro concessisset, e voluminibus Graecis calamo exaratis (quorum habet in bibliotheca sua nobilissima lectissimam copiam) depromendi, et ad communem usum emolumentumque, cuius incenso tenetur desiderio, interpretandi quae placuisset, ego in hunc non Christodulum utique, sed in ipsissimum Ioannem Cantacuzenum inciderim: quo ad gustum sententiamque meam nihil accommodatius, nihil ad prima militiae huius tentanda peri-

cula, propter facilitatem quandam eius in scribendo opportunius nancisci potuissem.

Sic omnino est, ut dixi, in Ioannem Cantacuzenum incidi: qui quidem quo commodius huius libri sui occasionem, causasque afferret, et personam suam celaret (quod tamen haud satis caute fecit, ut mox docebo) fingit a quodam Nilo familiari se ad scriptionem per litteras sollicitari: ac sibi vocabulum Christoduli imponit. Idoneum profecto, nempe a statu et conditione vitae, quam haec scribens agebat: agebat autem monasticam: et Christo serviens, merito eius servum se appellavit. Occultare porro, et tegere personam suam ideo voluit, idque prudenter, quod de rebus cum alienis, tum suis historiam compositurus erat, et narraturus plurima, quibus audiendis aures quibusdam dolerent, ut antea videndis oculi doluerant. Est vero tam infrequens Graecis hoc nomen, Christodulus, ut vel hinc isto loco fictitium ac supposititium appareat. Cumque per id tempus in monasterio pro Ioanne etiam Ioasaphus mutato nomine diceretur, sicut non antiquum et proprium, ita nec novum istuc et assumptitium, Ioasaphus inquam, ad libri auctorem indicandum usurpare decuit: ne monachus inanem aucupari gloriam, et qui Deo militatum venerat, iterum se negotiis implicare saecularibus videretur. Atque ita codex Graecus ἀνεπίγραφος est, sine titulo prorsus. Deinde ex ipsa Nili epistola Cantacuzenum huius historiae parentem, et conditorem esse perspicuum fit. Illa enim verba, καὶ ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετελείς πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασιν ἦσθα· καὶ νῦν σουτοῦ γεγονώς, ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης παράδειγμα τὸν βίον κατέστησας τὸν σουτοῦ. Tu enim et quamdiu gessisti rempublicam, salus imperii fuisti: et hodie, postquam defunctus honore, tui ipsius esse instituisti, vitam moresque tuos veritatis, ac iustitiae exemplar effecisti. haec, inquam, voces non ad Iudicem, Consulem, Praefectum aliquem, sed ad magnum domesticum Ioannem Cantacuzenum, cuius post Andronicum minorem, quamdiu is vixit, suprema fuit potestas, et imperatoriae proxima in omnibus, et apud omnes auctoritas: imo vero ad ipsum munus imperatorium, quod idem citra nomen diu, postmodum et re et nomine multis annis administravit,

planissime pertinent: qui quo pacto σωτηρία τῶν πραγμάτων fuerit, legendo disces: et nihil verius dici potuisse constitues. Illa similiter in quem alium, quaeso, nisi in eundem quadrant, quibus cum Nilus ab exemplis nostratium, exterorumque scriptorum incitat, uti acta sua memoriae ipsemet prodatur? ἔστι δὲ καὶ εἰς παράδειγμα τὴν ἡμετέραν ἰκτερίαν ἀνεγκλίην. ἂν τε γὰρ τοὺς εἰσώθεν, ἂν τε τοὺς ἡμετέρους ἡγεμόνας ἐνθυμηθῆς, οὐδαμῶς ἀτιμάσῃς τὴν ἱστορίαν. καὶ οὐτοὶ γὰρ, κακίνοι ἐπὶ τὸ συγγράφειν καθήκαν ἑαυτούς, οὐ μικρὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐκ τοιούτων ὀνήσειν οἴμενοι. *Nec vero caret exemplo, quod abs te petimus. Etenim sive ad externos, sive ad nostrates belli duces respicias, non poteris hoc genus descriptionis contemnere. Quippe tum hi, tum illi huc pariter se demiserunt, non parum inde humano generi consultum iri arbitrantes.* Quid quod de sua cum Andronico coniunctissima, fidelissimaque amicitia (de qua equidem cogitans, simul de Davidis, et Ionathae devinctissima familiaritate cogito: de quibus scriptum legimus, *Anima Ionathae conglutinata est animae Davidis: et dilexit eum quasi animam suam*; rursum: *Doleo super te, frater mi Ionatha, decore nimis, et amabilis super amorem mulierum*) non nisi ipsemet ita συμπναθῶς et ἐναργῶς scribere potuit? quod quidem saepenumero facit. Sic solemus, frequenter, inquam, magnoque cum sensu de iis loqui, ac scribere, quae aut absentia valde in desiderijs, aut praesentia vehementer nobis in amoribus sunt. Nec alius tam diserte de recusato toties imperio, de libertate apud Andronicum sua, deque amplitudine potestatis quam obtinisset, praeter ipsummet narrare voluisset, etiamsi potuisset. Scripturae sanctae toties productae, et monastica disciplina non semel tam eximie praedicata, atque etiam per totam historiam sparsae tot pietatis notae, non alium quam monachum olent, qualis illi tum erat, cum haec chartis mandaret. Dicendi genus, quod in libris contra Mahometanos, et Iudaeos in defensione fidei Christianae adhibuit, ideo dissimile est, quia illis disputatio quaedam perpetua et dialectica potius; hic narratio diffusa et continuata suscipitur. Proinde ut alia ibi, alia hic sit facies, necesse est. Illa demum lib. 4. cap. 24. et 25. adversus

Nicephorum Gregoram multa cum acrimonia, et fusius posita (ne amplius verborum in re parum ambigua consumamus) manifeste nobis astipulantur. Ubi prae indignatione dissimulatae personae immemor, caussam suam accuratius agit, quam alius pro eo egisset: tametsi id postmodum animadvertens, in viam redeat, rursumque qui sit, dissimulare studeat.

Sequitur ut de oeconomia breviter te moneamus. His quatuor libris res sub utroque Andronico, avo, et nepote, et sub Cantacuzeno filiorum nepotis tutore, atque imperatore gestae explanantur: sic, ut primus discordiam et bella inter Andronicos: alter imperium minoris: tertium bellum Cantacuzeni cum obtrectatoribus et inimicis: postremus eiusdem victoris ac triumphatoris tempora persequatur: in quo etiam subtexuntur, quae inter Ioannem Palaeologum legitimum heredem, et patris sui Andronici successorem, socerumque Cantacuzenum, et eiusdem filium Matthaeum (cum quibus ambobus dissidium ei intercessit) contigerunt. Tametsi et in duobus prioribus tam multa de Cantacuzeno commemorata sunt, ut quod in epistola Nilus ait, eum *αὐτοῦργόν*, hoc est, rebus ipsis met coram, ut actorem, affuisse, aequae de illis, ut de posterioribus intelligendum videatur.

Gesta sunt autem omnia ab anno post Christum natum millesimo trecentesimo vigesimo primo, ad annum plus minus quinquagesimum nonum, annis nimirum triginta novem, aut circiter. Sic enim rationem subducimus. Michael Palaeologus collega patris sui Andronici mortuus est millesimo trecentesimo vigesimo primo. Eodem ipso anno (si a Septembri ducas anni initium, ut Graeci ducunt) bellum inter avum, et nepotem exarsit, duravitque sexennium et mensem unum, ut in calce libri primi relatum est. Victo avo, nepos solus praefuit imperio annis viginti, si verum scribit Gregoras. Quo e vivis sublato, pupillorum tutelam gessit Cantacuzenus, vix annum, ut colligere est: adversus quem deinde ut tyrannum nomine viduae imperatricis, et liberum eius bellum administratum est annis quinque. Eo finito Cantacuzenus, data Ioanni Palaeologo in matrimonium filia, decem annos ab eo paciscitur, quibus penes se imperii gubernatio cum nomine maneat: penes illum nomen dumtaxat et dignitas imperatoria, donec aetas

maurescat (agebat enim Ioannes annum non plus decimum quintum) postea se collegam patiat. Huius spatii vix dimidium videtur explevisse, rerum huius mundi et adversae sortis renovatae quodam taedio. Quae ipso iam monacho inter Palaeologum et Matthaewam secuta sunt, forsitan unius, aut duorum annorum fuerunt: nam in his quod pro certo affirmem, non habeo. Hac ratione colliguntur anni historiae huius circiter triginta novem. Ex his patet, tempora Andronici iunioris, Cantacuzeni, et Ioannis Palaeologi non satis probe digessisse Onuphrium, et alios. Errarunt item cum Gregora, dum Andronicum iuniorem anno aetatis quadragesimo quinto extinctum tradiderunt. Nam si naus erat annos viginti septem antequam secundam uxorem duceret, ut noster libro primo narrat, et ea ducta adhuc aliquot annis cum avo bellum gessit: si eo victo annis viginti solus imperavit, sequitur quinquagenarium, aut eo maiorem obiisse.

Ostendemus nunc, quo loco inter Byzantinas historias haec nostra collocanda sit. Cantacuzenus Nicephoro Gregorae proxime succedit, eisque narrationes continuat: quamquam non praecise ac simplbiter. Nam cum Gregoras in obitu Andronici iunioris desina, noster inde non orditur: quin imo secundum historiae suae librum ad eiusdem Andronici mortem perducit. Verum quae Gregoras iste avo, in cuius aulam desertis studiis liberalibus se contulit, amior, nepoti autem iniquior fuit: illumque plurimum, et saepe commendavit: hunc aperte, nec modice, et non raro insimulavit ac vituperavit: ad haec, quae inter illos acciderunt, partem maximam minime comperta habuit: quae autem comperit, ea confuse, imperfecte, quaedam quoque aliter aliquanto, quid aliquanto? multo aliter, quam evenerunt, et cum mendaciis exposuit: in ipsius quoque Cantacuzeni bello rebusque commemorandis (quae scripta vel interierunt; vel adhuc in aliqua bibliotheca latent) parum bona fide, malevoleque versatus est. Cantacuzenus haec vitia non ferens, longe sincerius, longeque copiosius, distinctius, integrius, certius omnia explicavit: quippe qui omnibus paene non interfuit solum, verum etiam praefuit: et quae ipse non vidit, aut egit (qui enim potuit omnia?) ea a testibus gravissimis accepit: quemadmodum in fine libri quarti testatur.

Sed iuvat ipsius Cantacuzeni verba proferre in medium, ex libri quarti capite vigesimo quarto, unde, quomodo se gesserit in historia scribenda Gregoras, liquido perspiciatur. *Imperatorem vero Cantacuzenum, postquam ipsum per se deprimere atque evertere non potuit, Palaeologorum imperatorum bellum mutuum pro argumento sumens: et partim ignorantia rerum gestarum, partim gratia corrupta veritate, ac totis viribus velut in fabula comminiscenda mentiens, deinde ordine ad bellum, quod nostra memoria contra Cantacuzenum excitatum est, progressus, tum alia complura crimini dat, servitutes, caedes, trucidationes, populationes, et quaecunque Romanis per id bellum luctuosa inciderunt, illi adscribens: tum ob amorem dominandi imperialisque fastigii cupidinem malorum illorum nullam duxisse rationem affirmat. Illud autem Cantacuzenum potissimum vellicat et cor eius urit, quod mentitur, cum, adhuc vivente Andronico, imperii Romani longe appetentissimum, cum id assequi non posset, ad monachos in monte Atho, qui viri sancti et a Deo affati, futurorum praesensionem habere iudicabantur, profectum esse, de futuris, et an ad se Romanum imperium perventurum esset, percunctaturum etc.* Attamen fieri potest, ut Gregoras de moribus Andronici quaedam non prorsus filsa scribat, et ea noster aut tanti non aestimet eiusque iuventuti condonanda putet: aut dissimulet, et id amicitiae singulari fortasse tribuat, de quo in Notis suo loco videbimus.

Iam de excellentia, fructu, elegantia et ornamentis historiae huius quid ego satis dignum commenorem? Inter recentiores quidem rerum Graecarum, seu Byzantinarum scriptores, ut sunt Zonaras, Nicetas, Cedrenus, et alii, meo quidem et quorundam bene litteratorum iudicio hic primas tenet: videturque solus didicisse, quo pacto ad laudem accommodate contendenda sit historia. Mira, nova, inaudita, inusitata, occultorum Dei iudiciorum plena, grandia, illustria multa hic recensentur. Et, si historia debet esse prudens, atque ornata rerum explicatio, neutra virtus in hac desideratur: quae mihi semper a viro nobilissimo, et ingenio excellentissimo suavissimoque visa est profluxisse. Prudentia militaris atque civilis tam eximia hic elucet, ut civitatum,

provinciarumque rectoribus ac belli ducibus maiorem in modum commodaturam putem. Cum autem virum politicum ad bene regendum aliis quoque virtutibus nihilo minus instructum esse oporteat, ne earum quidem exempla documentaque hic frustra requiras. In quibus qualis fuerit Cantacuzenus, infra ostendemus: in praesens aliquid de Andronico dicemus, quem, qui a Clemente V. pontifice maximo in extravag. communibus, ut haereticorum et schismatis antiqui fautorem excommunicatione percussum existimat, is tempora male componit, et ἀνιστορησίᾳ manifeste laborat. Qui enim tunc imperabat, et ultra adhuc annis quindecim post Clementis e vita discessum imperavit Andronicus senior, sacro illo fulmine tactus est. Ergo in Andronico iuniore Christiani imperatoris expressum, ac vivum quodammodo simulacrum hic proponitur. Est enim, ut paucis et summatim agamus, excelsi, nec minus modesti animi, beneficus, fortis et generosus, adversus bene merentes gratus, humanus, iniuriarum, laborumque tolerans, in ignoscendo mitis, misericors, pacis cupidus, in consultando cum amicis diligens (quod contra mentitur Gregoras, dum consilia nulla admisisse, et imperium neglexisse autumat) ab odio in quemquam suscipiendo alienus, pecuniae liberalis, aedificandi studiosus, erga Deum, caelites, sacerdotes, avum mire pius. Insunt in his libris insuper alia in aliis praeclarorum facinorum, et (quod dissimulandum non est) etiam insignium vitiorum exempla: quorum ut illa imitanda, sic ista evitanda nobis sunt. Notum est namque illud Romanae historiae principis. *Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri, unde tibi, tuaeque reipublicae quod imitere capias: unde foedum inceptu, foedum exitu quod vitas.* Habet hic dux, habet miles, habet privatus civis, habet magistratus, habent sacri, habent profani, habent summi, habent infimi, habent viri, habent mulieres, quod vel fugiant vel sequantur. Insunt orationes creberrimae: quas cum hic auctor directas valde amet (sunt enim speciosiores et graviores) nos interdum brevitatis gratia, et ad vitandam ex similitudine satietatem, ad obliquas, more Caesariano redegimus. Nec possum de istis orationibus quidquam melius ac verius

Cantacuzenus.

b

dicere, quam si eas prudentes, copiosas, nervorumque ac sanguinis plenas, et omnino *ἐητορικωτέρας* dixero. Praeterea hic invenire est locus communes tractatos egregie, scite dicta, paroemias non vulgares, celebrium scriptorum (ut de sacris taceam) sententias, fabellas aliquot lepidas et ad rem demonstrandam appositas: quas, ut scis, Philosophorum illi antistites, Plato et Aristoteles, neutiquam contemnendas censuerunt. Capient te item, quas strictim attingit, Romanae historiae: capient varii ritus: capient quos miscet animorum motus, tum lenes ac sedati, quos *ἤθη* Graeci, tum graves illi et concitati, quos iidem *πάθη* vocant: capient descriptiones aliquot insignes: capient alia demum plurima. Quodsi rerum varietas delectat, de quo nemo dubitat, ea sane hic mirifica cernitur, ut singulorum librorum periochae, seu epitomae indicabunt. Episcopis debitus honos, et reverentia hic tribuitur. Catholica instituta, ceremoniaequae ita sunt per hosce libros luculenta, ut non optes magis. In primis vero Dei Mater summa in veneratione est: cui etiam urbs tota Constantinopolis a Constantino Magno commissa, ac dedicata legitur. Vita monastica est illi *πράγμα καλόν καὶ θεοφιλές, ἀπράγμων καὶ μεστὸς γαλήνης βίος, ἀκρότατος βίος, καὶ τελεωτάτη πολιτεία, θεῖόν τι χρῆμα καὶ ἱερὸν, φιλοσοφία, καὶ περὶ οὐρανίων πραγμάτων γνώσις, ἔργον ὑψηλὸν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνον δύναμιν, ἱερὰ ἡσυχία*. Id est, *res honesta, et Deo amabilis, vita negotiis vacua, et tranquillitatis plena, supremum ac perfectissimum vitae institutum, res sancta et divina, philosophia, et cognitio rerum coelestium, opus sublime, et humanis viribus maius, quies sancta*. Montem porro Atho, ad quem complura aedificata monasteria, in quibus ingens monachorum multitudo, *πόλιν οὐράνιον, coelestem civitatem* nominat. Fucos illos scholasticos, *καὶ τὰς ληκύθους*, et pigmenta Isocratea non habet haec historia: sed ornatum quemdam matronalem, virilemque ac robustam elegantiam. Schemata quaedam oratoria, et Atticismi non penitus absunt. Lingua purior est, quam pro illa aetate, non cum lacte nutricis hausta; sed ex libris percepta videlicet. Nam illo saeculo (sub Andronicis nimirum et antea) non mediocriter infuscatam, et mutationes

hand leves perpressam, eruditi non nesciunt. Addamus hoc pro corollario. Genuenses et Veneti multa hic ab aliis historicis suis praetermissa, aut nunquam cognita de maioribus suis, eorumque virtute et factis legere, et quaedam falso de iisdem hactenus scripta deprehendere poterunt.

Restat, ut quae nos vel praestitimus, vel praestare contendimus, indicemus. In interpretando eam speciem pro capto nostro consecrati sumus, quam ex eorum lectione, qui de optimo genere interpretandi praeceperunt, bonorumque interpretum observatione mente conceptam atque informatam tenebamus: quae cuiusmodi sit, ii potissimum intelligunt, quorum industria in eodem curriculo se aliquando explicavit. Codicem perquam mendosum, maleque interpunctum accepimus: ut divinare et coniiicere frequenter oportuerit. Nomina locorum, quae nec diligentissimus Ortelius omnia collegit, et personarum, quae vel Graecia iam occidens et *βεβαρβαρωμένη*, vel librariorum oscitantia depravarat, alicubi de coniectura emendavimus, (nam qui omnium veram et germanam scripturam coniectando possit assequi, ego quidem futurum opinor neminem,) omissa quaedam supplevimus: in singulos libros periochas seu epitomas conscripsimus, quas et lecturo ad *προ-παροσπεύην*, et ei qui iam legit, ad *ἀνακεφαλαίωσιν* utiles fore confidimus: relictis sectionibus (quas in plerisque codicibus sive scribas sive lectores; non ipsos auctores excogitasse et adhibuisse reor) quod modo nimis crebrae, modo nimis raras, saepius argumentum vix ex triente comprehenderent, in capita, more Latinorum, totum corpus divisimus, ut quantum maxime possemus, lectori lumen praepanderemus. Locos aliquot parum sanos, praetextis in ipso contextu animadversionibus, perstrinximus; quas quidem rogatu nostro Iacobus Gretserus, Societatis nostrae Theologus, et in Academia Ingolstadiana professor ordinarius, conscripsit. Et haec fecimus, magis ut candorem nostrum bonis viris probaremus, quam quod illa, qualiacunque sunt, hoc quidem saeculo, et in his terris ad quemquam inficiendum depravandumque valitura formidaremus. Quis enim nescit, etiam qui litteras non didicit, non tum primum, propendente scilicet iam ad occasum imperio, sed multis ante annorum centuriis, paene post octingentesimum statim

ab ortu Christi, orientalem ecclesiam a Romana secessiase? Feruntur item historici non pauci, hoc nostro partim antiquiores, partim recentiores, quos cum ad unum vel in haereticis, vel in schismaticis iure numeremus, nullo tamen eorum sine aliquo, omnibus simul sine maximo detrimento ecclesia Romana carere non potest. Vin' tu audire qui sint? Sozomenus et Socrates Novati perfidiam sectati sunt. Quorum hic non oblata solum, sed interdum etiam quaesita occasione Novatianos libenter laudat, ipsis miracula tribuit, Romanorum pontificum potentiam exagitat: quae omnia Iacobus Billius eruditus Theologus observationum sacrarum libro primo capite vigesimo sexto luculenter demonstrat. De Nicephoro Callisto liquet ex Gennadii apologia pro Concilio Florentino, ubi eius non tam scripta, quam convicia contra Latinos refelluntur: ut de iis, quae sparsim in historiam suam sinistra inseruit, nihil dicam. Zonaram fuisse schismaticum, testari possunt eius poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quae Genebrardus dum converteret, se criminatio-nes illas omisisse narrat. De Pachymerio idem constare potest ex adiunctis ad Gregoram Latinum. Ea sunt capita, seu loci rerum memoria dignarum, e codice Augustano, carie confecto, et mutilo, per singulos libros excerpti: cuius animus in Romanam ecclesiam qualis fuerit, ex quinto, sexto, et octavo potissimum libris deprehenditur. Nicephorum Gregoram quoque, et Nicetam Choniatae eorum monumenta produnt. Adde huc Cedrenum, Glycam, Constantinum Manassem, Ioannem et Georgium Curopalatas et alios, si quaeramus. Nam per illa tempora tam non facile monachum, aut scriptorem a Romana ecclesia non alienissimum erat invenire in Graecia, quam hodie difficile est praeconem verbi Dei, aut professorem Catholicum invenire in Saxonia. Et qui tandem fieri potest, ut qui Patriarchas Constantinopolitanos schismaticos appellant sanctissimos, oecumenicos, et principes ecclesiae, ipsi eisdem farinae non fuerint? Si ego quempiam Superintendentem sanctissimi vocabulo afficerem, credo, aliqui, imo plurimi, nec iniuria, me Lutheranum aut Calvinianum esse colligerent. Atque ut ab historicis abeamus, et ad alios scriptores

veniamus, Origenes et Tertullianus quales tandem fuerunt? Nonne eorum haereses extant? Feruntur demonstrationes evangelicae Eusebii Pamphili, in quibus aperte, et saepius ἀφανίζουσι, quod doctissimus Billius observationum lib. 1. cap. 27. plane ac diserte ostendit. Quid demonstrationes evangelicae? Statim in ipso principio ecclesiasticae eius historiae (quo monumento nihil habemus in republica Christiana illustrius) Arianismos aliquot observat tomo tertio Annalium Zonaras. Sunt in manibus monumenta Photii, sunt Theodori Balsamoni, qui Latinos, ut pestilentissimus schismaticus, conviciis passim lacerat. Eisdem ob processionem sancti Spiritus exagitat etiam nobilis inter theologos patres Theophylactus Bulgariae episcopus, et, cuius similiter magnum inter sacros scriptores nomen est, Euthymius. Possum adhuc nominare homilias, et alia scripta huiusmodi hominum, quae in Latinum translata leguntur, et ab eruditis proferuntur. Si ergo nec superiorum historiae, nec istorum commentarii hactenus ecclesiae incommodarunt: quin potius (quod res clamat) mirum in modum vehementerque commodarunt, ne a Cantacuzeno quidem magis damnum ullum metuendum, quam fructus, isque non mediocris, ut ex antecedentibus patuit, expectandus est. Rerum gestarum ac vetustiorum temporum utilem, necessariamque cognitionem persequimur et inquirimus: si quid interdum in iis minus commendabile aspergitur, id tota mente aversamus atque reiicimus: et calamo etiam, cum est occasio, notamus atque confodimus. Nec vero ab hoc auctore nostro ecclesiae Romanae, aut Romano pontifici contumeliae dicuntur, quem patrem, sanctissimum dominum, tua sanctitas, tua beatitudo vocat: et ut apud eum opinione mala ne sit, elaborat (propter barbaros, Turcas videlicet, in auxilium accersitos, vastatamque bello civili provinciam,) cum eo arma adversus infideles pro gloria crucis Christi coniungere cupit: eius laudationem sibi amplissimo honori ducit: legatos ipsius benigne excipit: cum eodem, Clemente nimirum VI., de synodo habenda, redintegrandaque ecclesiarum concordia sollicite ac reverenter agit. Non, inquam, hic probra et maledicta iaciuntur: sed dissensio ac dissidium illud a nobis Latinis, iam lippis et tonsoribus

etiam notum, aliquoties se exerit atque a maiorum exemplo defensionem, quamquam iniustam, petit. Nam si maiores *magnopere a vero longeque errasse videntur*, ut ait Lucretius, non ideo minoribus pedes in illorum vestigiis ponendi sunt: nisi ipsi quoque cum iisdem in idem se barathrum praecipitare studeant.

IACOBI PONTANI
VITA IOANNIS CANTACUZENI,
EX EIUDEM HISTORIA.

Ioannis, Manuelis et aliorum Cantacuzenorum, ut virorum illustrium et bellicosorum, meminit Nicetas. Quos hic noster Cantacuzenus in maioribus suis habet. Idem, Ioannem Manuelis imperatoris neptem, alium Ioannem Cantacuzenum Isaaci Angeli sororem in matrimonio habuisse. Natus est Byzantii. Patrem a natalibus modeste praedicat lib. 3. cum dicit, *οὐ γὰρ τῶν πολλῶν εἷς, non erat unus e multis, seu vulgaris*: et alicubi matrem suam Syrgiannis appellat *θεῖαν, materteram, seu amitam, seu demum cognatam suam* (liberius enim hac voce utitur, ut docebimus); quam quidem feminam ex libro primo, haud longe ab initio, scire licet ad imperatores genus retulisse. Puer adhuc patrem amisit: qui anno aetatis primo supra vicesimum, praefecturae suae Peloponnesiacae octavo, in eadem peninsula decessit. Mater dicta est Theodora: cuius avunculus magnus, id est, aviae maternae frater, Michael primus Palaeologus imperator. Itaque eadem Michaelis soror, et Cantacuzeni proavia. Fuit Theodora mulier prudentiae maioris, quam pro captu sexus, et tractationi rerum gravium atque magnarum idonea, quam Gregoras recte his verbis celebravit lib. 11. *Quam assestricem coniugi imperator reliquerat, senatoria matrona, et gravitate morum conspicua, et singulari prudentia ornata, ac in rebus dubiis praesenti consilio instructa*. Eius indignissima vexatio propter filium, et mors lacrymabilis lib. 3. cap. 22. 26. 36. exponitur. Nicephori Cantacuzeni, et Manuelis Tarchaniotae, illius patruelis, huius consobrini, aut ex sorore nepotis lib. 2. cap. 8. meminit. Ioannem Angelum *ἑξάδελφον*, et *ἀνεψιὸν* similiter appellat, et ex eadem radice produisse scribit. Mentio autem sororis est lib. 3. cap. 26.

Coniugem habuit Irenen, Andronici Asanis viri illustrissimi, magni ducis, et cum Andronico seniore cognatione coniuncti filiam. Fuit enim Asanes e sorore Andronici natus. Ex ea sustulit liberos sex, mares tres, feminas totidem. Illis nomina fuerunt, Matthaeus, Manuel, Andronicus. Atque hic postremus vix duodecimum attingens annum, cum avia paterna in custodiam datus, postmodum pestifera lue per id tempus grassante interiit: reliquorum opera domi bellicque multum usus est pater. Uterque ornatur laudibus lib. 3. cap. 28. Matthaeus Demetrii despotae, filii Andronici maioris natam Irenen uxorem duxit: quae filios ei peperit duos, Ioannem et Demetrium: filias ternas, quarum primogenitae inditum nomen Theodora. Matthaeum pater imperatorem renunciavit, deditque id precibus praesertim exercitus: quem tamen Ioannes Palaeologus heres legitimus imperio abire coegit. Manuelli filiam Syrgis (fuit hic Cypriorum rege procreatus) despondit. Sed id connubium Syrges ante nuptias rescidit. Post Liberus, Triballorum dynastarum potentissimus, filiam suam eidem Manuelli desponderi cupit, et despondetur, ut est libro 3. cap. 48. Hactenus de maribus. Puellarum trium nomina sunt Maria, Theodora, Helena. Primam Nicephoro Ducae, Ioannis Despota filio, Acarnaniae principi, nondum septennium egresso pactus est. Alteram Orchani Persae, seu Turcae potius, Bithyniae domino tradidit: cuius opibus rem suam saepenumero sustentavit atque constabilivit. Postremam cum Ioanne Palaeologo imperatore, annorum quindecim adolescente, coniunxit, quem laudat lib. 4. cap. 1. Ex eo matrimonio Andronicus, Manuel, Ioannes, Demetrius filii, et Irene filia propagati sunt. Suam cuique trium filiarum peculiarem laudationem impertit, Theodora lib. 3. cap. 95., Helenae eodem libro cap. 34., Mariae, quae adversis casibus propter nequam maritum iactata, tandem eo occiso cum matre monacham Byzantii egit, lib. 4. cap. 43.

Principio Andronici avi cubiculi sacri praepositus fuit: deinde Andronici nepotis (cuius videtur coaevus) magnus domesticus. Thraciam praefectus seu praetor gubernavit. Fuit item princeps militiae imperatoriae, sive copiarum dux summus. Auctoritas eius, potestas et existimatio incredibilis: ita,

ut eo inconsulto aut refragante nihil gereretur, ipseque administraret omnia: et esset non quidem vocabulo (nam id una cum habitu, licet non semel ab Andronico invitatus et enixe rogatus, constanter fugit) sed opere ipso imperator. Lege cap. 9. lib. 2. Quo defuncto, procerum ac militum votis Didymotichi obsecutus, itemque aliis de causis (quas profert, dum affectatae tyrannidis suspicionem a se depellit: depellit autem saepissime ac disertissime, et tam verisimiliter, ut nihil desideres) purpuram et tiaram induit. Adrianopoli a Lazaro Hierosolymorum, rursus Byzantii ab Isidoro patriarchis coronam imperialem solenni ritu accipit. Quam beate vixerit, in quantis cuiusque modi opibus, in quanta hominum admiratione et gloria, ipse clarissimis verbis lib. 3. cap. 53. et 78. edocuit.

In militari disciplina, socio Syrgianne, magistro Angelo usum se narrat: in qua deinde per exercitationem lectionemque longe admodum processit, talisque prorsus extitit imperator, qualem M. Tullius in Pompeiana depinxit: siquidem in eo quoque illa quatuor, quae in summo imperatore inesse debent, enituerunt, scientia, virtus, felicitas, auctoritas. Talis item, qualem in Strategico gravissimus praeceptor militaris Onosander describit cap. 1., castus, temperans, sobrius, frugi, laboriosus, intelligens, minime avarus, nec iunior, nec senior, filiorum pater, dicendi peritus, gloria illustris. Qualem praeterea de bellico apparatu cap. 2. Leo imperator. Linguam Latinam calluisse inde coniecturam capio. Etenim res Romanorum imperatorum (ut nos Romanos imperatores appellamus, hoc est eorum, qui in Italia et Romae vixerunt) aliquoties in medium adducit, quas forsitan apud historiae Augustae scriptores legit. Et Arego monacho Sabauda quaedam Graece scripta non intelligenti, interpretatur lib. 3. cap. 84. Si quis auditione tantum Romanorum facta accepisse, et Graeca illa Italice monacho interpretatum esse credere malit, cum eo non contendam: et ita nomine Latinae linguae, cuius se scientem quodam loco affirmat, quaque praesidiarios Italos alloquitur Constantinopoli lib. 4. cap. 54., Italica intelligenda erit: sicut per Latinos Itali et alii non Graeci. Persice quoque, sive Turcice nosse se lib. 4. cap. 10. affirmat. Artem didicisse oratoriam, eloquentia ipsius omni praedicatione digna, et in

tam praeclaris orationibus totaque scriptione se exerens, demonstrat. Sane quod M. Tullius de Pompeio, idem ego verissime de hoc viro, paucis immutatis, usurpavero. *Quantum consilio, quantum dicendi gravitate, et copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, vos ex hisce libris saepe cognoscetis.* Oppida complura, quae armis resistebant, oris sui sacundia subegit: ut quod Cyneas legatus Pyrrho Epirotarum regi, hoc idem paene Andronico imperatori Cantacuzenus fuerit. Et cum oratoris sit historiam scribere, si qua alia, haec sine controversia oratorie, hoc est prudenter, disposite, diserte, nec invenuste scripta est. Poetas diligenter legisse, Homerum praecipue et Euripidem, crebrius ex iis prolati versus docent. Sacrarum litterarum scientia non parum imbutum, tot loci apposite inducti argumento sunt. Sed id ex libris aliis sole clarius est, quos nempe contra Mahometanos et Iudaeos edidit. Fertur insuper in quinque priores ethicorum Aristotelis Paraphrasin conscripsisse. Haec de studiis et litteris eius.

Quod ad mores et virtutes attinet, veritatem amavit, ut qui maxime, idque toties testatur ac profitetur. Eius prudentia e dictis, maximeque e consiliis egregia semper et memoranda perspicitur: digna profecto, cui vel maius committeretur imperium. Fortitudinis, magnanimitatis, ac patientiae est, quod nusquam ferme abest ab exercitu, manumque sua in hostem pugnat viriliter: nec voluptatibus indulget, et adversis casibus non frangitur: iniuriis (potissimum ab Apocaucho, cui tantopere benefecerat, illatis) non succumbit: et invidiam aequa mente sustinet. In bene de se merentes unus omnium gratissimus: quam virtutem in aliis etiam amat, et ideo nulla propemodum pagina gratiarum actionibus vacat. Ad moderationem, continentiamque pertinet, quod imperii communionem sibi ab Andronico etiam quartum delatam, recusat. In amicitia colenda constantissimus, Andronicum minorem praecipue, et Amurium Persam Ioniae Satrapam sive principem dilexit, fuitque vicissim ambobus supra quam dici potest charus et iucundus. Dilexit eum etiam vehementer e proceribus Tribalorum opulentissimus quidam Liberus, ut est lib. 3. cap. 42. Beneficentiam ac liberalitatem coluit mirabiliter, et in exerci-

tura de suo sumptum, imperatore vivo mortuoque, saepius fecit: castella et oppida sua pecunia refecit et instauravit, eisdemque imperatori funus amplissimum sua impensa curavit, Aurum quod habere gratis poterat contempsit. Pacis et concordiae quis illo cupidior? Quis barbaris et idololatriis inimicior? Non potest pro dignitate collaudari huius praestantissimi principis admiranda lenitas, et ad deponendam offensionem veniamque tribuendam suspicienda facilitas, beneficiorum altissima recordatio, et in gratiis agendis commemoranda sedulitas. Omnia his libris gratiarum actionibus referta sunt. Summa praeterea in negotiis procurandis diligentia, et vigilantia, animique religio. Monachismum quantis praeconiis, Deus bone, et quidem toties, cohonestat? ac tandem ipse in Manganensē monasterium prope Constantinopolim se ultro ac libens includit, cum imperium retinere potuisset, ut videbis lib. 4. Tantum abest, ut eo ipsum Ioannes Palaeologus victor compulerit, quod quidam huius nostrae historiae funditus ignari nugantur. Coniux porro Irene in monasterio, a Martha Michaelis primi Palaeologi sore constructo, monacham induit. *Ῥωμαίων* τα quidem, *ἀλλ' οὐ* *Ῥωμαϊκὸν βασίλειον*, laudas, inquis. Ego vero etiam Agesilaos, Alexandros, Iulios, et Pompeios, ethnicos et idololatrias, saepe laudavi: et virtutem vel in hoste amabilem, eiusque exempla a quocunq; et qualicumque sumenda nobis esse confirmo. Est enim eadem semper, nec eius splendor immortalis cuiusquam sordibus potest obolescere.

Incredibile memoratu est, quantae eius copiae, facultates, quanti pecuniae thesauri fuerint, de quibus variis locis ipse confitetur, et ego virum gravem vanitatis infensissimum, ad haec etiam religiosum, mentiri non puto. Insulas, oppida, castella in opibus suis recenset. Pecuniam sane, quam Byzantii, et in aliis urbibus per Thraciam apud amicos depositam habebat, nec ipsi, qui eandem diripuerunt, inimici, quam magna esset, pro certo novisse potuerunt. Tritici, hordei, frugum, fructuumque infinita illi copia, innumerabiles acervi. Bovum pascualium numerat quinque millia, aratorum iuga mille, equas pascuales mille quingentas, camelos ducentos, mulos trecentos, asinos quingentos, porcorum quinquaginta,

ovium septuaginta millia. Ut iam non sit, cur greges et armenta illius Iob miremur. Verum ista apud urbes Thraciae non unam, sed plures possedit. Vide lib. 3. cap. 24. ubi ait, sibi toto imperio Romano sparsas, easque immensas copias atque opes. Et 31. et 36. E supellectili aurea et argentea supra ducenta vasa mutuo dat palatio, capite vigesimo quarto.

 ELOGIA.

Lib. 1. cap. 58. Andronicus senior eius prudentiam in dando consilio admiratur, seque in illo avi materni imaginem intueri asseverat, qui tam celeriter arripuisse, tam apte explicasset, et promptissime transegisset, quae res postulasset, ut statuerit, si absque successore ex se nato moreretur, suadere proceribus, illum ante alios imperatorem eligendum. Animadvertis igitur, Cantacuzenum imperio dignum iudicatum, si avum eius iudicavit, cuius in ipso expressum se intueri simulacrum confessus est.

Gregoras libro nono de eodem. *Ceteri illa mutatione velut multo mero ebrii insolenter fortuna sunt abusi. Ille contra naturali prudentia et magno ingenio ornatus, se ad veterum praestantium virorum mores conformabat et magnificentia morum et animi liberalitate. Et cum tunc res ei feliciter successissent, fortunam non lacessivit, neque immodice supercilium arrexit: sed retenta animi gravitate, intra modestiae limites immotus mansit.*

Rursum lib. 10. *Hac oratione confirmati, omnes strenue ac fortiter hostes invaserunt. Inprimis vero magnus domesticus Cantacuzenus, qui multis ensibus, multis telis hostium petitus atque impulsus, ipse quidem plurimos hostes prostravit: sed neque clypeo, neque gladio amisso, incolumis e praelio evasit, velut agglutinator atque infixus e quo.*

Et libro undecimo. *Adeo magnorum operum ingeniosa effectrix magni domestici taciturnitas extitit. Nam aliorum quidem verba umbrae tantum sunt operum, simul atque e lingua prodierint, morientes: viri autem huius etiam silen-*

tium magnas res gerit. Nam ingenii magnitudine et solertia vir ille excellit, revera profundo mentis sulco fruens. Haec Gregoras de Cantacuzeno sive amicus adhuc, sive ab ipsamet veritate coactus: nam postea evasit inimicus, ut ex libro quarto constabit, et nos supra in praefatione ipsis Cantacuzeni verbis id docuimus.

Lib. 3. cap. 52. a Cabatze Triballo, viro principe, oculus Romanorum vocatur. Eundem magnifico praeconio extollit in epistolis ad papam Romanum, et Delfiaum Viennensem Bartholomaeus legatus, libro quarto capite secundo.

IACOBI PONTANI

*dignitatum ac functionum palatii et ecclesiae
Constantinopolitanae, quarum historicus noster
 15 τῶν ἐπὶ τῇ καύσει βοῶντων τε καὶ ὄλοφρυμμένων. ἡ στρατιὰ
 δὲ πᾶσα καὶ βασιλεὺς αὐτὸς ἅμα τοῖς ἐν τέλει τῶν ἄλλων ἀμε-
 λήσαντες, περιέστησαν τὸ φρούριον προθυμούμενοι βοηθεῖν,
 μὴ δυνάμενοι δὲ, (πάντων γὰρ ἤδη ἐπελάβετο τὸ πῦρ,) εἰς θρή-
 νους ὑπὸ συμπαθείας ἐτράπησαν καὶ αὐτοί. ἀνάλωται δὲ ὑπὸ
 20 τοῦ πυρὸς ἀπὸ μὲν τῶν ἔξωθεν εἰσελθόντων ἕξ· γυναῖκες δὲ καὶ
 παῖδες καὶ οἱ ἔξωροι τῶν τὸ χωρίον κατοικούντων τρεῖς καὶ
 εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ βοσκήματα καὶ ἡ ἄλλη περιουσία ὅσα P. 91
 ἦν. ἐλύπησε μὲν οὖν οὐ μετρίως τὸ τοιοῦτον πάθημα τὸν βα-
 σιλέα· ἀναστάς δὲ ἐκείθεν ἦλθεν εἰς Σηλυβρίαν· καὶ ὧν ἕνεκα

laeulatus ardebat: quam cum multi conscendissent, tectum ex ce-
 spite arefacto contextum in focum decidit: quo casu de subito ex-
 superantibus flammis, ad contiguas aedes similem in modum aedi-
 ficatas incendium pervasit. Unica erat oppidulo porta, qua propter
 metum obstructa, et quia domus primo incensa prope erat, non-
 nulli, qui irruerant, et quidam de colonis ipsis, cum murum quam
 celerrime poterant, ascendissent, inde se semiustulati praecipites
 foras dabant. Alii simul cum incolis et iumentis ab ignibus inter-
 cepti, nescientes quo se converterent, in gemitus et lamentabiles
 voces prorumpabant. Et erat profecto res digna lacrimis, acerbitate
 ustionis hominibus et pecudibus confuse vociferantibus. Totus ex-
 ercitus ipseque imperator cum ducibus, ceteris posthabitis, oppidu-
 lum circumstitebant, ad succurrendum parati. Quod cum nequirent,
 (iam siquidem ignis omnia aedificia depascebatur,) ipsi quoque prae
 commiseratione fletum non tenebant. Flammis absumpti sunt de
 iis, qui deforis per murum se ingesserant, sex: ex habitatoribus
 autem feminae, pueri et grandiores natu tres et viginti supra cen-
 tum: insuper animantes et reliqua res familiaris quantacumque. Non
 mediocriter hoc alieno infortunio moestus imperator, Selybriam
 ire institit, ubi transactis quorum causa venerat, Chariopolin remea-

A.C. 1322 ἤλθε διαπραξάμενος διεῖ, ἐπανεῖσε εἰς Χαριοσόπουν, καὶ διέλυσε τὴν στρατιάν πλὴν χιλίων, οὓς ἐπέταξεν αὐτῷ συνελθῆναι, ἐν ἡμέραις ῥηταῖς κελεύσας πάλιν ἀκλήτους πρὸς αὐτὸν ἐπανελθεῖν. ὁ μέντοι τῶν κατὰ τὴν Ῥοδόπην ἐπιαρχιῶν στρατηγὸς Παλαιολόγος ὁ μέγας στρατοπεδάρχης τὰς ὑπ' αὐτὸν Β βασιλέως πρὸς τὸν πρεσβύτερον ἀποστήσας, πάντων μὲν ἰσχῶσε καὶ τὰς γνώμας παραστήσασθαι καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεὶ πείσαι προσέχειν· ἓνα δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ Λακικοῦ γένους νομίαια Συρμπάνον ὠνομασμένον τῶν ὄντων ἀποστερήσας, ὅτι 10 τῷ νέῳ προσέκειτο βασιλεῖ, πολλαῖς τε αἰκίαις ὑποβαλῶν, δύο τε τῶν ὀδόντων ἐκριζώσας καὶ τὴν παρεϊάν κατακαύσας σιδήρῳ, ὡς οὐκ ἴσχυσεν ἀποστῆσαι τοῦ νέου βασιλέως, καθείρξας εἶχεν ὑπὸ κλοιοῖς. οὗτος δὲ τοῦ δεσποτηρίου τότε διαδράς, καὶ πολλοὺς ἑτέρους προσεταιρισάμενος νομίαια ψιλῶν, καὶ 15 τῇ παρὰ τοῦ νέου βασιλέως ἐνταυθοῦ πεμφθείσῃ τῷ Παλαιολόγῳ πολεμεῖν συμμύζας στρατιᾷ, ἐπέθετο τοῖς ἐν τῇ Ῥοδόπῃ. ὄρωντες δὲ οἱ ἐν ταῖς πόλεσι τοὺς τε ἀγρότας ἐκπολεμώθεντας αὐτοῖς ὁμοῦ πάντας καὶ τὴν στρατιάν ἐπικειμένην, καὶ δεῖσαντες μὴ καὶ τῶν ἔνδον ἀπόλωνται στασιασάντων, μετα- 20 βαλόντες προσέθεντο τῷ νέῳ βασιλεῖ. καὶ δῆσαντες τὸν στρατηγὸν εἶχον ἐν φρουρᾷ, ἄχρῃς ἂν ὁ βασιλεὺς πυθόμενος περὶ αὐτοῦ ψῆφον ἐτέλλη. αὐτοὶ δ' ἅμα Συρμπάνῳ ἦχον ὡς βασιλέα, οἱ μὲν ἀποληψόμενοι γέρα τῆς εἰς αὐτὸν ἐνοίας· ὅσοι

vit missionemque dedit exercitui, mille apud se retentis: mandans uti praefinitis diebus, quamquam non accessiti, rursus adessent. Verum magnus stratopedarcha Palaeologus, Rhodopes praefecturam dux, creditas sibi urbes omnes exercitumque, ut supra demonstravimus, a iuniorē ad seniore m imperatorem avertere et ad huius obsequium inclinare potuit: unum autem quendam genere Dacum, pecuarium, Syrmanum nomine, fortunis exutum, quod nepoti faveret, postquam saepe illum fustuario multavit, duos etiam dentes radicitus excussit maxillamque ferro candenti inurendam curavit, nec eum tamen a fide transversum agere valuit, cum manibus in custodiam dedit. Inde cum aliquando effugisset aliosque pastores, armis militaribus nudos, magno sibi numero ascivisset, et copiis ad Palaeologum coërcendum eo missis se immiscuisset, in Rhodopeios ferebatur. Qui erant in oppidis, cernentes agrestes universos contra se conspiratos et instantem imperatoris exercitum, timentesque ne intestina seditione excitata pessum irent, commutata sententia ad eum se contulerunt vincuntumque ducem in custodia tamdiu habuerunt, quoad, re intellecta, imperator de eo certum statueret: ipsi cum Syrmano ad illum profecti sunt; pars ut praestitae benevolentiae praemium adipisceretur: quotquot autem a seniore prius fecerant, ut

ὃ ἦσαν πρότερον τῶ πρεσβυτέρῳ προστεθειμένοι βασιλεῖ, ἔξαι— A. C. 1322
 τήσονται συγγνώμην. ὁ βασιλεὺς δὲ τῶν μὲν ἀφροστηκῶτων κα-
 θαράμενος μετρίως ὡς ἀγνωμόνων περὶ αὐτὸν εὖ δράσαντα
 φανέντων, παραγγείλας τε μὴ εὐχερεῖς ἔτι πρὸς τὰς ἀποστα- D
 5σίας καὶ τὰς παραβύσεις τῶν ὄρκων εἶναι, αὐτὸς τε ἀμνη-
 στήσειν ὧν αὐτοῖς ἡμάρτηται εἰπὼν, ἤξιωσε συγγνώμης μετὰ V. 74
 μικρὸν δὲ καὶ εὖ ποιήσας, οἰκαδε ἐπέταξεν ἀπιέναι. τοὺς
 δὲ τῆ εἰς αὐτὸν ἐμμείναντας πίστει ἐπαινεσας τε ἅμα καὶ
 δωρεαῖς ἀμειψάμενος ἀξίως, ἔξαπέστειλε μὲν αὐτοὺς, στρα-
 10ιτηγὸν αὐτοῖς ἐπιστήσας τὸν Ταρχανειώτην δομέστικον, ᾧ ἐπε-
 τέτραπτο τὸν μέγαν στρατοπεδάρχην δεσμώτην ὡς βασιλέα
 ἀποστεῖλαι. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὁ Συρμπάνος ἐπὶ τοῦ βα-
 σιλέως ἐστηκῶς, ἐδόκει βούλεσθαι τι πρὸς βασιλέα εἰπεῖν.
 συνεῖς δὲ ὁ βασιλεὺς; εἴ τι βούλοιο ἐκέλευε λέγειν. ὁ δ'
 15ἄμα τῶ προσταχθῆναι πρὸς τοῦδαφος ἑαυτὸν καταβαλῶν,
 συγγνώμης ἤτει τυχεῖν, εἰ συμβώτης ὧν καὶ βάρβαρος καὶ P. 92
 ἀργαῖκος, ἐτόλμησε φθέγξασθαι τι πρὸς βασιλέα. τοῦ βασι-
 λέως δὲ προστάξαντος λέγειν δεδοικῶτα μηδὲν, ὑπὲρ τοῦ με-
 γάλου εἶδετο στρατοπεδάρχον, ὥστε καὶ αὐτὸν ἐφ' οἷς εἰς
 20βασιλέα ἤμαρτε, τοὺς κατὰ τὴν Ῥοδόπην ἀποστήσας, τυχεῖν
 συγγνώμης. τοῦ βασιλέως δὲ ἐρομένου, εἰ πρὸς εἰρωνείαν ἢ
 πρὸς ἀλήθειαν τυχεῖν δεῖται ὁ δ' ἔφασκε, πρὸς ἀλήθειαν,
 καὶ ὄρκον προσετίθει πίστεως χάριν δέον δ' εἶναι, εἴ τι καὶ
 ἤμαρτε, προσήκοντα πρὸς γένους ἀξιοῦσαι συγγνώμης. „ἐπι-
 25λέλησαι δ'” εἶρηκεν αὐθις ὁ βασιλεὺς „ἴσα σε εἰργασται κα- B

delicti gratiam impetrarent. Quos imperator, ut adversus se bene
 meritum ingratos verbis mollibus castigavit: et praecipiens, ne de
 cetero ad defectionem et sacramentum violandum faciles essent, of-
 fensionumque oblivionem promittens, venia est impertitus et pau-
 lo post humaniter domum abire iussit. Qui autem in fide perstitis-
 sent, eos quoque pro dignitate collaudatos et donis donatos dimisit,
 duce illis praefecto Tarchaniota domestico, cui mandatum erat, uti
 magnum stratopedarcham imperatori vinctum mitteret; coram quo
 altero die astans Syrmpanus quippiam illum velle videbatur. Quo
 animadverso, Dic, ait, si quid habes. Syrmpanus statim se humi
 abiiciens petere, ut sibi ignosceretur, si subulcus et barbarus et
 rusticus imperatorem verbo appellare auderet. Iussus ut omni timore
 deposito loqueretur, pro magno stratopedarcha orare occoepit, ut ei
 ipsi, quod Rhodopeios a fide in dominum suum abduxisset, igno-
 sceretur. Percunctante imperatore, simulatene, an vere et ex animo
 ita rogaret, Vere, inquit; et ad confirmationem iuramentum adie-
 cit, addiditque, ex officio esse, quamquam peccasset, tamen ut co-
 gnato veniam non negare. Rursum imperator: An tu oblitus es, qui-
 bus et quot malis ille te mactaverit? Bona tibi, liberos et uxorem

A.C. 1322 καὶ, ἀποστερήσας μὲν τῶν ὄντων καὶ παίδων καὶ γυναικός, ἔτι δὲ καὶ ὀδόντων αὐτῶν, πολλαῖς τε αἰκίαις καταξάνας τὸ σῶμα, καὶ τέλος ὡσπερ τινὰ τῶν ἐπὶ δεινοτάτοις ἐαλωκότων τὴν παρειὰν κατακαύσας σιδήρῳ ὡς μηδὲ τὰς οὐλάς ἐξαλειφθῆναι δύνασθαι; ὅλωσ δὲ τί σε τὸ πείσάν ἐστιν ὑπὲρ ἐκείνου δεῖσθαι;" „τί δ' ἂν εἴη μείζον" ἔφρασκεν „ὦ βασιλεῦ, ἡ τὸν οὐπω χθὲς καὶ πρόωην ἐν τοῖς δουλεύουσιν ἐκείνῳ τεταγμένον, νῦν εἰς τοσοῦτον ἤκειν περιφανείας, Θεοῦ καὶ σοῦ, βασιλεῦ, εὐηργετηκότος, ὡς καὶ τοὺς βασιλεῖς προσήκοιτας C κατὰ γένος ἐξαιτέϊσθαι δύνασθαι, καὶ τῶν προσδοκωμένων ἰο ἀπαλλάττειν κακῶν;" θανυμάσας δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπὶ τοῖς κακοῖς ἀμνηστίαν τοῦ βαρβάρου, „εἰ σύγε" ἔφη „τοσαῦτα ὑπ' αὐτοῦ ἀδικηθεῖς καὶ κακῶς παθὼν, βάρβαρος ὢν καὶ φραῦλος τὴν τύχην, τοῖς ἐναντίοις ἀμείβῃ ὅσον ἔξεστι ποιῶν εὐ, οὐδ' ἐμὲ δίκαιον μετριώτερα ἀδικηθέντα, βασιλέα τε ὄντα, ἀπα-15 ραίτητον ὀφθῆναι πρὸς ὀργήν. τοίνυν καὶ τῆς σῆς ἰκετείας ἔνεκα τὰ ἡμαρτημένα παρορῶν, ἀξιῶ συγγνώμης." εὐχαριστήσας δὲ ὁ βάρβαρος ἐπὶ τούτοις, καὶ πολλαῖς ἐπενφημήσας τὸν βασιλέα, καὶ δευτέραν δέησιν προσετίθει, τὸ τὸν αὐτὸν μῆτε τῆς ἀξίας ἀποστερηθῆναι μῆτε τῶν προσόδων καὶ τῶν20 D δωρεῶν τῶν βασιλικῶν. ἔτι δὲ μᾶλλον τὴν ὑπὲρ τοῦ ἡδικηκότος σπουδὴν θανυμάσας ὁ βασιλεὺς, καὶ ταύτην τὴν δέησιν ἐπλήρου. ἔτι δὲ αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας βασιλέως κειμένου, τὰ τῆς συγγνώμης γράμματα διαχαραχθέντα καὶ τῇ βασιλικῇ πιστωθέντα χειρὶ ἐπεδόθησαν αὐτῷ· ὁ δὲ λαβὼν25

eripuit, dentes excussit, plagis multa corpus tuum dilaceravit, ad extremum maxillam ferro, ut atrocissimorum scelerum damnato, ustulavit, ac perpetua cicatrice deformem reliquit. In summa, cedo, quid te movit, ut eius causam ageres? Quid vero maius, inquit, quam qui paulo ante in servis illius censebatur, eum nunc Dei concessu ac tuo munere in tantam claritatem venire, ut deprecatione sua etiam cognatos imperatoris formidato supplicio eximat? Admirans imperator, sic eum delesse iniuriarum memoriam, Si tu, ait, tam iniqua et infanda ab illo passus, homo barbarus, sorte infimus, nihilo minus quantum in te est, mala bonis compensas, me minora passum et imperatorem, inexorabilem iram fovere non decet. Igitur vel te deprecatore in me commissa negligens, ecce veniam illi tribuo. Actis gratis et iterum iterumque dictis imperatori laudibus, barbarus denuo petit: nempe ut idem stratopedarcha nec honore, nec reeditibus, nec bonis imperatoris excidat. Tantum studium erga noxium amplius suspiciens imperator, etiam hoc annuit; et adhuc ad pedes eius iacenti testimonium datae veniae in pittacio exaratum, et, ut mos est, fidei ergo imperatoris manu addita,

καὶ τὴν γῆν κατασπασάμενος, ἐφ' ἧς ὁ βασιλεὺς εἰστήκει, A. C. 1322
χαίρων ἀπῆλθε.

λά. Τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας ἐκ Θεσσαλονίκης ἄγγελος ἐλ-Ρ. 93
θὼν ἀπήγγειλε βασιλεῖ, ὡς στάσεως ἐν αὐτῇ γενομένης, οἱ V. 75
5 τῶ νέω βασιλεῖ προσκείμενοι ὑπερσχόντες, Θεσσαλονικὴν πε-
ριεποίησαν αὐτῶ τὸν δεσπότην δὲ Κωνσταντῖνον εἰς τὸ περὶ Β
αὐτὴν φροντιστήριον τὸ Χορταίτου διαδράντα, κατασχόντες
ἔχουσι ἐν φρουρᾷ. ὁ βασιλεὺς δὲ εὐθύς τοὺς ἄξοντας αὐτὸν
ἐπεμψεν εἰς Θεσσαλονικὴν, ὄρκοις πρότερον αὐτοὺς κατασχών,
10 ὡς οὐτ' αὐτοὶ ἐκόντες, οὐθ' ἑτέροις παραχωρήσουσι τὸν δε-
σπότην ἀποκτεῖναι. οἱ καὶ ἀπελθόντες ἤγαγον αὐτὸν εἰς Λι-
δουμάειχον μοναχῶν ἡμφιεσμένον σχῆμα περιεβάλετο δὲ αὐ-
τὸ καὶ πρὶν αὐτοὺς εἰς Θεσσαλονικὴν ἐλθεῖν δέει τοῦ μὴ ἀπο-
θανεῖν. συνῆλθον δὲ αὐτοῖς πρὸς τὸν νέον βασιλέα τῶν Θεσ-
15 σαλονικέων καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τῆς στρατιᾶς πολλοί, καὶ
ὁ τῆς κατ' αὐτὴν ἐκκλησίας πρόεδρος Ἰερεμίας, καὶ Γεράσι- C
μος ὁ τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν ὄρος τὸν Ἄθω δῆγνόμενος λαύρας.
ἡ μέντοι περὶ τὸν νέον ἡθροισμένη βασιλέα στρατιὰ, ἀταξία
στρατιωτικῇ χρησάμενοι, ὀλίγου δεῖν κατέκοψαν ἂν τὸν δε-
20 σπότην, εἰ μὴ αὐτὸς ἐβόύσατο παρῶν ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε
δὲ εἰρηθῆναι. τισὶ δὲ ὕστερον ἡμέραις ὁ δεσπότης διὰ τινος
ἐδεῖτο τοῦ νέου βασιλέως, ἅμα καὶ πολλὰς χάριτας ὁμολο-
γῶν, ὅτι δι' αὐτὸν οὐκ ἐτεθνήκει, ὡς ἐπεὶ καθ' ὅποιονδήποτε
τρόπον τὸ τῶν μοναστῶν περιεβάλετο σχῆμα, καὶ τὰ νενομι-

praebetur: quo accepto, vestigia imperatoris exosculatus, cum
Laelitia recessit.

31. Eodem die Thessalonica veniunt nuntii, factionibus ibidem
natis, ab eo stantes vicisse urbemque illi subiecisse: Constantinum
despotam in monasterium Chortaetum, civitati vicinum, confugisse:
comprehensum custodia detineri. Imperator confestim Thessaloni-
cam mittit, qui hominem adducant; prius iureiurando adstrictos,
neque se despotam occisuros, neque aliis occidendum permissuros.
Profecti, in schemate monastico, quo se mortis metu velaverat, an-
tequam illi Thessalonicam aspirarent, Didymotichum perducunt.
Prosequebantur eum Thessalonicensium et de senatu et de militibus
complures, atque etiam ecclesiae illius antistes Ieremias: item Ge-
rasimus, laurae, quae est in Atho sancto monte, praefectus. Parum
vero abfuit, quin stipatores imperatoris audacia militari despotam in
frusta concidissent, nisi illum praesentia sua imperator conservasset.
Praecipit autem in carcerem tradi. Praeteritis diebus aliquot, de-
spota hominem certum ad imperatorem allegans, gratias agit, quod
se e faucibus fati eripuerit: et simul rogat, quoniam modo quodam
monachi habitum cepisset, etiam legitima monastices instituta sibi
exsequi liceret, ne coactus, sed libens eum cepisse videretur. Impe-

- A. C. ἰδρασμένω ἐπ' αὐτῷ τελεσθῆναι πάντα, ὡς ἂν μὴ ῥοδοῖη βῆε, ἀλλ' ἐκὼν περιβεβλήσθαι. ὁ βασιλεὺς δὲ ὑποπεύσας μὴ βίου μεταβολῆς ἐπιθυμία, ἀλλ' ὅπως ἀπολυθεῖ μὴ εἰργασθαι, τοιαῦτα αἰτεῖν, τὸν Θεσσαλονίκης πέμψας μητροπολίτην καὶ τὸν τῆς λαύρας ἐξηγούμενον Γεράσιμον, οὐχ ἄρμόζοντα αἰ-5 τεῖν αὐτὸν μεμύνηκεν ἐν τῷ παρόντι· τὸ μὲν γὰρ μὴ κακῶς ὑπὸ τῶν φρουρούντων πάσχειν, ἀλλ' ἀναπαύλης ἀπολαύειν, ἐξέσται, τὸ δὲ ἀπολυθῆναι τῆς εἰρκτῆς, ἀδύνατον τὸ νῦν εἶναι· διὸ μηδὲ τοιαῦτα δεῖσθαι. ὁ δ' ἔτι μᾶλλον ἐδεῖτο περὶ τῶν αὐτῶν, τῶν ἱερῶν κεινῶν ἐπιλαβόμενος ἀνδρῶν, ὡς οὐκ 10 πρὸς ὑπόκρισιν, οὐδὲ πρὸς ἀνάγκην, ἀλλ' ἀληθεῖα μᾶλλον τὴν πρὸς τὸν τοιοῦτον βίον αἰρούμενος μεταβολὴν. ἃ δὴ καὶ πυθόμενος παρ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς, ἐπέτρεψεν ἃ βούλοιο ποιεῖν περὶ αὐτοῦ. ἤχθησαν δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν καιρῶν ἐκ
- P. 94 Θεσσαλονίκης πρὸς βασιλέα δεσμῶται καὶ οἱ τὴν βασιλίδαι 15 Ἐβην τὴν τούτου μητέρα, ὅπερ ἔφθηνεν εἰπόντες, ἐλκύσαντες βία, ὃ, τε Παλαιολόγος Κωνσταντῖνος καὶ Ἰωάννης ὁ Ζαρίδης καὶ ὁ πρωταλλαγάτωρ Συναχηρεῖμ. ὧν τοὺς μὲν δύο, βασιλέως προστεταχότος, ἐπὶ τῆς δημοσίας ἐθεάτρισαν ἀγο- ρᾶς ἀφηρημένους τὸ γένειον καὶ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς 20 τὸν Παλαιολόγον δὲ ὁ πρωτοστράτωρ ἐξητήσατο, ἀνεπιὼν αὐτοῦ ὑπάρχοντα, μὴ ταῦτόν παθεῖν εἰς δεσμοτήριον δὲ ἐνεβλήθη. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ὁ βα- Βσιλεὺς ἤξιωσε συγγνώμης. ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ καιροῖς καὶ οἱ Δῆμιοι τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως ἀποστάντες, ἤκον ἐπὶ 25

rator suspicione tactus, non desiderio vitae commutandae, sed carceris evadendi hoc ab se peti, metropolitanum et laurae praefectum Gerasimum mittit, qui dicant, illum in praesens hand convenientia petere. Nam, ne a custodibus habeatur male, sed quiete possit, hoc illi concessum iri: dimitti nunc e carcere neutiquam posse: proinde id rogare parcat. At despota viros illos sacratos prehemans, idem enixius orare, ut qui non ex hypocrisi aut necessitate, sed sincero potius animo hoc vitae genus delegisset. Quae cum ad imperatorem referrent, quid eo fieri vellet edixit. Eodem tempore Thessalonica adducti sunt in vinculis, qui Xenam imperatoris matrem, ut supra diximus, per vim a Desparae statua abstraxerant; Constantinus Palaeologus, Ioannes Zaridas et Senacherim protallagator: quorum duo, imperatoris mandatu, abrasa barba et capillis, publice in foro ad spectandum omnibus ignominiae causa sunt propositi; Palaeologum protostrator ut consobrinum precibus suis dedecore prohibuit: sed in carcerem datus est; cui post breve tempus, ut duobus aliis, imperator ignovit. Paulo post et Lemnii ad maiores descendentes venerunt: simul ut eam rem illi nuntiarent;

τὸν νέον, ἅμα τε τὴν ἀποστασίαν αὐτῶν ἀπαγγελοῦντες καὶ Δ. C. 1322
τὸν ἄρξοντα αἰτήσαντες τῆς Λήμνου. εὐεργετηθέντες δὲ παρὰ V. 76
βασιλέως καὶ ἡγεμόνα λαβόντες ὥσπερ ἤτοῦντο, οἴκαδε ἐπα-
νῆλθον. τούτων γινομένων, ἐκ Σηλυβρίας ἡγγέλθη τῷ βα-
55σιλεῖ, ὡς Περσικὴ στρατιὰ κατὰ συμμαχίαν τοῦ πάππου
καὶ βασιλέως ἐκ τῆς ἑω διαβῶσα, ἅμα τῇ ἐκ Βυζαντίου
στρατιᾷ ὅσον οὐπω ἐλεύσονται κατ' αὐτοῦ. ὡς δὲ ἐπύθετο,
τὴν μὲν κατὰ τῶν ὁμοφύλων τῶν Περσῶν ἐπαγωγὴν ἐδαύ-
μασε τῶν ἀντιτεταγμένων, αὐτὸς δὲ ὄρμῃ τιμῇ ἀσχετῶ κατὰ C.
10τάχος ἄρας ἐκ Διδυμοτείχου, εὐθὺ τῆς ἐπερχομένης ἦει στρα-
τιᾶς, ὡς μαχοῦμενος ἢ ἂν συντόχοι. εἰς τρίτην δὲ ἡμέραν
ἦ τε ἐκ Βυζαντίου στρατιὰ ἅμα τοῖς Πέρσαις καὶ βασιλεὺς
ὁ νέος μεταξὺ Τζουρουλόης καὶ Σηλυβρίας συνῆλθον. συν-
ιδόντες δὲ οἱ Πέρσαι καὶ οἱ ἐκ Βυζαντίου Ῥωμαῖοι ὡς οὐδὲ
15ἀντιβλέψαι δυνήσονται πρὸς τὴν μετὰ βασιλέως στρατιάν,
οὐδὲ παρατάξασθαι ὑπομείναντες οὐδὲ πλησίον ἐλθεῖν, ἀλλ'
ἔτι πορρόωτερον ὄντες, μεταστραφέντες ἐφρευγον κατὰ κράτος,
ἰδίᾳ μὲν οἱ Πέρσαι, ἰδίᾳ δὲ οἱ Ῥωμαῖοι. ὁ βασιλεὺς δὲ φεύ-
γοντας ἰδὼν, καὶ αὐτὸς εἰς δύο τὸ στράτευμα διελὼν, ἐκ-
20λενε διώκειν. ἐπιπολὺ δὲ τῆς διώξεως γενομένης, ὡς ἦνον οἱ
διώκοντες οὐδὲν, (ἦσαν γὰρ οἱ φεύγοντες οὐκ ἐν ἐφικτῶ,) οἱ D
μὲν τρεῖς τῶν Περσῶν ζωορήσαντες, οἱ δ' ἕτεροι πέντε Ῥω-
μαίων, ἐπανέστρεψαν, τῶν ἄλλων διασωθέντων ἵππων δὲ τῶν
μη δυνηθέντων ἐπεσθαι τῇ στρατιᾷ καὶ σκευῶν στρατιωτι-
25κῶν καὶ οἰκετῶν ἐκράτησαν πολλῶν. ἐλθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς
ἐστρατοπέδευσεν ἐγγὺς Σηλυβρίας. οἱ μέντοι διασωθέντες τῇ

simul ut insulae praefectum ab eo poscerent: qui benefice tractati
et praesidem, uti rogaverant, adepti, domum reverterunt. Dum
haec aguntur, Selybria nuntiat, Persas ex oriente ad avum adiu-
vandum traiecisse et cum Byzantinis coniunctos, mox contra iunio-
rem venturos. Audito, Persas, alioqui inimicos, ad subsidium ad-
versus homophylos a sene ascitos, incitatissimo impetu et celeriter
Didymoticho movens, adventantibus recta obviam procedit, manus
consenturus, ubicunque occurrissent. Tertio die Byzantini cum Per-
sis Zurulum inter et Selybriam in eum incidunt. Cum scirent autem
se ne intueri quidem imperatoris exercitum ausuros, nec aciem con-
tra instituire, nec propius ferre gradum sustinuerunt: sed procul
adhuc distantes, totis viribus in pedes hac Persae, illac Romani se
coniecerunt. Conspicte fuga, imperator ipse quoque divisit copiis
fugientibus instare iussit. Quod cum diu esset factum et nihil
tamen effectum, (fugitores enim illi alas in pedibus habebant,) hi
cum tribus Persis, illi cum quinque Romanis, quos vivos ceperant,
negrediebantur. Equis vectariis, qui agmen fugiens sequi non po-

- A. C. 1323 φρυγῆ Ῥωμαῖοι καὶ Πέρσαι, εἰς Βυζάντιον πρὸς τὸν πρεσβύτερον βασιλέα ἐλθόντες, ἀπήγγελλον τὴν ἤτταν. ἅμα δὲ καὶ ναῦς οἱ Πέρσαι πρὸς τὴν διάβασιν ἤτοῦντο. βασιλεὺς δὲ ἐπεχειρεῖ πειθεῖν αὐτοὺς μένειν ἐν Βυζαντίῳ· ὡς δὲ οὐκ ἐπειθόντο, αὐτοὶ τε φάσκοντες κατατριβήσεσθαι μάτην, καὶ βασιλεὶ μηδὲν λυσitelήσειν ἅμα τοῖς ἄλλοις πολιορκούμενοι Βυζαντίοις·
- P. 95 μηδὲ γὰρ ἂν ἔξω τειχῶν μὴ ὅτι γε αὐτοὺς ἀλλ' οὐδ' αὐτὸν ἂν τὸν ἀρχισατράπην αὐτῶν ἅμα τῇ ὑπ' αὐτὸν πάσῃ δυνάμει πρὸς τὸν νέον ἀντιτάξασθαι δυνήσεσθαι βασιλέα. καὶ τῶν παρατυχόντων ὡς ἀληθῆ λέγουσιν ἅμα συνειπόντων Ῥωμαίων, ναῦς λαβόντες, ἐπεραιώθησαν πρὸς τὴν ἔω.
- B λβ'. Ὡς δ' ἦ τε ἐκ τῆς Περσικῆς συμμαχίας τοῦ πρεσβύτερου βασιλέως περιηρέθη ἔλπις, τὰ τε κατὰ τὰς νήσους πονήρωσ εἶχε, τῆς μὲν Ἀθήνων ἤδη καὶ φανερώς ἀφεστηκυίας, τῶν ἄλλων δὲ κλονουμένων καὶ ὅσον οὐπω τὴν ἀποστασίαν καὶ αὐτῶν ἀπειλουσῶν, καὶ αἱ κατὰ τὴν ἡπειρον πρὶν ὑψηκοὶ τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ, πλείους τῶν πόλεων ἤδη συναπέστησαν πρὸς τὸν νέον· ἀπορία πάντοθεν περισχεθεῖς, πρῆσθειαν δεῖν ἔγνω πρὸς βασιλέα αὐτίς τὸν ἔγγονον πέμπειν.
- C πέμπει δὲ τὸν κατὰ τὸν Ἄθω τοῦ ἱεροῦ ὄρους πρῶτον τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἄλλωσ μὲν ὄντα συνετόν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἀντιποούμενον καὶ ἀρετῆς· τοιαῦτα πρὸς βασιλέα τὸν ἔγγονον πρῆσθενόμενος δι' αὐτοῦ· „εἰ μὲν ἦ κατ' ἀρχὰς ἀκίνητοι πρὸς τὸ
- V. 77 κακὸν οἱ ἀνδρῶποι ἐδημιουργοῦντο παρὰ Θεοῦ, ἢ ὥσπερ ἦν

terant, impedimentis atque etiam servis militum magno numero potiti sunt. Progressus imperator, prope Selybriam tentoria fixit. Persae et Romani fugae beneficio servati, Byzantium cum venissent, seni imperatori sese victos narrabant; ac Persae naves simul ad traiciendum petebant: quos ille ut Byzantii manerent, flectere non poterat, opponentibus, se frustra contritum iri et cum aliis Byzantiis obsessos, nihil ei profuturos: nam extra moenia non sese tantum, verum nec ipsum eorum archisatrapam cum toto exercitu suo in acie adversus iuniorum imperatorem consistere posse. Romanis, qui aderant, vera eos dicere attestantibus; conscensis navibus, in orientem transmiserunt.

32. Postquam Persici auxilii spes decollavit, et insularum auditum motus, Lemno iam aperte alium dominum colente, reliquis in fide labascentibus et propediem defectionem minitantibus; urbibus item continentis pluribus simul ad iuniorum imperium aggregatis: omni ex parte anxius animi senior, rursus legationem mittendam iudicavit. Huic muneri Isaacium sacri montis Atho praepositum, virum alioquin intelligentem et virtutis multo studiosissimum deligit, illique in legatione dicenda haec iniunxit: Si homines aut ab initio ad mala inflexibiles a Deo fabricati essent, aut, cum voluntate libera fabricati,

δέον, ἀντιξοῦσιν γερονότες ἔμειναν ἐν τῷ ἀγαθῷ, οὐδὲν ἂν τῶν A. C. 1322
 μετὰ ταῦτα παραβαθέντων ἐτολμήθη. ἐπεὶ δὲ διὰ τὴν παρά-
 βασιν εὐόλιστος πρὸς τὸ χεῖρον ἢ τῶν ἀνθρώπων γεγένηται
 φύσις, ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ νῦν πάντ' ἄνω καὶ κάτω καὶ τοῦ
 5 εἰς ἀρχῆς ἀντικειμένου γίνεται συνεργοῦντος, ὅποσον δὴ τι
 νῦν συμβέβηκε καὶ ἡμῖν. δέον γὰρ ἐμὲ τὴν πρὸς ἐμὲ σου εὐ-
 νοίαν καὶ πρὸς πατέρα παιδὶ πρόπευσαν αἰδῶ τε καὶ τιμῆν D
 αὐτοῖς ἔργοις καταμαθόντα, τοὺς σε διαβάλλειν ἐπιχειροῦν-
 τας ὡς κατ' ἐμοῦ συσκευαζόμενον δούλους, ὡς ἐχθραίνοντας
 10 ἀποκτείνουσαι, ἐγὼ δὲ ἀπατηθεὶς, ταῖς μὲν διὰ τῶν σῶν ἔργων
 ἀποδείξεισιν οὐ προσέσχον, λόγοις δὲ πεπλασμένοις παρὰ τῶν
 συκοφαντῶν πεισθεὶς, ἤγειρα πόλεμον, οὐσης εἰρήνης. νυνὶ δὲ
 αὐτοῖς ἔργοις τὴν ἀβουλίαν καταμαθὼν, ἔμαντὸν μὲν, ὥσπερ
 δίκαιον, καταμέμφομαι σοὶ δὲ τοὺς τε τρόπους ἀγαθῷ ὄντι,
 15 καὶ τὴν εἰς ἐμὲ αἰδῶ καὶ εὐνοίαν ἴσῃ διατηροῦντι, ὅπως εἰς
 εἰρήνην ἐκ πολέμου πάλιν τὰ πράγματα ἡμῖν ἦξει, μελήσει."
 Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπε. βασιλεὺς δὲ ὁ νέος „χάριτας" εἶπεν
 „ὁμολογῶ πολλὰς τῷ βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων θεῷ, ὅτι τῇ P. 96
 αὐτοῦ χρηστότητι χρησάμενος καὶ περὶ ἐμὲ, οὗτ' αὐτόν τι
 20 κατὰ τοῦ ἐμοῦ κυρίου καὶ βασιλέως ἢ βουλευέσασθαι συνεχώ-
 ρησεν ἢ κρᾶσαι, οὗτε τοὺς συκοφάντας ἀνελέγκτους ἄχρι τέ-
 λους διατελεῖν, ἀλλ' αὐτὸν βασιλέα μάρτυρα ἔχειν παρέσχεν,
 ὡς οὗτ' αὐτὸς ἀδικῶ, οὗθ' οἱ συκοφαντοῦντες ἀδικίας ἐνέλι-
 πον οὐδεμίαν ὑπερβολήν. εἰ δ' ὁ βασιλεὺς αὐτὸς ὑπὸ δι-

sa innocentia, quemadmodum oportebat, perseverasset, nulla fuisset, quae postea plurima in vita hominum perperam commissa sunt. Quia vero propter primam transgressionem natura humana in deterius labilis evasit, ex eo usque ad hoc momentum temporis, illo, qui fuit ab orbis primordio noster adversarius, adnitente, omnia sursum ac deorsum feruntur permiscenturque: quale quiddam nunc et in nobis experimur. Cum enim debuissem tuum in me propensum animum quaeque filium decet erga patrem reverentiam ac venerationem ex ipsis factis tuis didicisse, calumniatores apud me tuos, quasi adversum me dolos machinarere, ut inimicos repellere; ego circumscriptus, quemadmodum rebus ipsis te mihi probare conarere, non attendi: sed fictis eorum sermonibus praecooccupatus, in pace bellum excitavi. Iam rerum experientia temeritatem et dementiam meam cognoscens, memet iure incuso. Tibi ut bene morato, meique ut antea cupido et observanti, quinam ab armis ad otium redeamus, curae erit. Hactenus senior. At nepos in hunc modum: Gratias ingentes ago regum regi Deo, quod bonitate sua etiam in me usus, neque sivit, ut ipse quippiam contra dominum meum et imperatorem vel cogitatione vel actione molirer; neque obtractatores meos non tandem redarguit: quando ipsum imperatorem mihi testem apposuit,

A.C. 1322 φθαρμένων ἀνθρώπων ἀπατηθεῖς, εἰργασται ἃ μὴ δεόν, ἀλλ' ἡμεῖς γε γονέας τε εἰδότες τιμῶν καὶ ἂν τι καὶ ἀδικώμεθα
 B ἀνέχεσθαι, ὅσον ἂν παρᾶσχοι θεὸς, βουλευσάμενοι δρασσομεν
 περὶ τῶν προκειμένων." ὁ μὲν οὖν πρέσβεις τοιαύτης ἀπο-
 κρίσεως παρὰ βασιλέως τυχῶν, ἀπῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον
 ὡς ἐκεῖ περιμενοῦν, ἄχρις ἂν ὁ βασιλεὺς βουλευσάμενος ἀπο-
 κρίνηται περὶ τῆς εἰρήνης. ὁ βασιλεὺς δ' ἅμα τῷ μεγάλῳ δο-
 μεστίκῳ, ὃ, τι χρὴ ἐβουλευόντο πράττειν περὶ τῶν προκειμέ-
 νων, ὅπως ἢ εἰρήνη γένοιτο τοιαύτη σκοποῦντες, ὡς μηδεμίαν
 πρόφασιν ἔχειν τοὺς σκοποφάντας πρὸς ἀλλήλους διαβάλλειν
 τοὺς βασιλέας καὶ πόλεμον ἐπὶ λύμῃ τῶν κοινῶν πραγμάτων
 κινεῖν. ἐδόκει δὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς τε ὁμοῦ καὶ τὴν στρατιάν
 C καὶ πόλεις πάσας καὶ τὴν διοίκησιν τῶν κοινῶν πραγμάτων
 τῷ βασιλεῖ ἐπιτρέψαντας, αὐτοὺς ὑπ' ἐκεῖνον ἄγεσθαι, καὶ
 εἰς ὑπῆκόους τελεῖν τὰ προσταττόμενα ἐκπληροῦντας οὕτω
 γὰρ τοὺς διαβάλλοντας χάραν οὐδεμίαν ἂν σχεῖν, πάντων
 ὁμοῦ χρημάτων ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως διοικουμένων.
 εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὁ νέος βασιλεὺς τοὺς ἐν τέλει πάντας
 καὶ ἡγεμόνας καὶ τοὺς λογάδας τῆς στρατιᾶς εἰς ἐκκλησίαν
 συναγαγὼν, εἶπε τοιάδε· „τὰ ἐκ τοῦ πολέμου φύομενα κακὰ
 καὶ μάλιστα τοῦ ἔμφυλίου, καὶ πολλαχόθεν μὲν ἄλλοθεν ἔξ-
 ἔστι καταμαθεῖν, μάλιστα δ' ἂν τις αὐτὰ κατίδοι καὶ ἀπὸ
 τοῦ νυνὶ ἐμοῦ τε μεταξὺ καὶ βασιλέως κινήθεντος πολέμου.
 ἔν γὰρ δλίγῳ χρόνῳ τοσοῦτον αὐτοὶ ὑφ' ἐαυτῶν διεφθέρω-

nec me ullam illi irrogasse iniuriam, et criminatores ad me iniuriis
 onerandum nihil fecisse reliqui. Et quamvis ille a perditis homini-
 bus deceptus, ab officio discessit, tamen nos, qui parentes honorare
 et, licet ab iis etiam indigne habeamur, sufferre ac persequi novimus,
 rem perpendemus et, quantum Deus concesserit, faciemus. Legatus,
 adepto hoc responso, in castra abiit, expectaturus ibi, dum post
 consultationem certi aliquid acciperet. Imperator cum magno dome-
 stico, quid in re praesenti agere conveniat exquirat et considerat,
 quamam ratione eiusmodi pax constituatur, qua imperatoribus de
 altero apud alterum detrahendi bellumque cum pernicie rei publicae
 commovendi scyphantis omnis occasio praecidatur. Statutum, con-
 ducere, si simul seipsos, exercitum, urbes universas, totius imperii
 gubernacula, seni committant, a quo pro subiectis regantur et cuius
 iussa factitent. Sic illo solo rerum domino, materiam obtrectandae
 nullam fore. Die postero imperator coactis in concionem optima-
 tibus ac ducibus universis cum flore exercitus, hoc maxime modo
 disseruit: Quae incommoda bello, ac praesertim civili, importen-
 tur, cum aliunde multis exemplis, tum praesertim ex eo perspicere
 datur, quod nunc inter me avumque meum flagrat. Brevi enim
 tempore tantum ipsi potentiam nostram attrivimus, quantum nec

μεν τῆς δυνάμεως ἡμῶν, ὅσον οὐδ' ὁμοῦ πάντες οἱ πρόσκοικοι A. C. 1222
 ἡμῖν βάρβαροι ἐπιστρατεύσαντες ὁμονοοῦσι κατεργασασθαι D
 ἰσχυσαν ἄν. ὃ δὴ καὶ αὐτοὶ καλῶς συνιδόντες, ἐν ἀρχαῖς
 μάλιστα ταῦδε τοῦ πολέμου πρῶτον ἀποστείλαντες πρὸς
 5 βασιλέα, περὶ εἰρήνης ἀδεύσαντες καμῶν συνειδότες· ὡς δ' ἠνύστα
 ἡμεῖς οὐδὲν, ἐπρασβεύομεν καὶ αὐτὸς περὶ τῶν ἰσων, πολλὰ
 δεόμενος βασιλέως μὴ περιιδεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς ὑπ' ἑαυτῶν ἐν
 τῷ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους πολέμῳ διαφθαρέντας, καὶ τὴν εἰ-
 ρήνην ὥσπερ τι μέγιστον τῶν εὐεργετημάτων ἦτον. τότε μὲν
 10 οὖν ἡμῶν δεομένων, ἐκεῖνος οὐ προσεδέξατο τοὺς περὶ τῆς εἰρή- V. 78
 νης λόγους· νυνὶ δὲ εἰς τοῦτο θεὸς περιέστησε τὰ πράγματα, ὥστ'
 αὐτοὺς τοὺς μὴ προσδεχομένους τότε τὴν εἰρήνην ἦκειν παρ'
 ἡμᾶς δεομένους περὶ τῶν ὁμοίων. οὐ δὴ ἔνεκα πρῶτον μὲν ἡ-
 γοῦμαι προσῆκειν ἡμᾶς πολλὰς τῆς εὐεργεσίας χάριτας ὁμολογεῖν
 15 θεῷ, κρείττους ἂν τῶν ἀντιτεταγμένων ἀποδεικνύντι· ἔπειτα δὲ P. 97
 ἀσμένως προσδέχεσθαι καὶ τὴν εἰρήνην, καὶ μὴ διὰ τὴν μικρὰν
 ταύτην εὐτυχίαν ἀθθάδεις φαίνεσθαι καὶ θρασεῖς· ἀλλ' ἐκεῖνον
 εἶναι νομίζοντας τὸν καιρὸν, ἥνικα βουλευομένοις ἡμῖν ἀναγκαῖα
 ἰδοῦσι ἢ εἰρήνην, οὕτω πάλιν καὶ βουλεύεσθαι καὶ ψηφίσεσθαι
 20 περὶ αὐτῆς." Οὕτω τοῦ βασιλέως εἰρηκότος, ὁ μέγας δομέστικος
 ἐφεξῆς „οὐδὲν ἀνέλιπεν ὁ βασιλεὺς" ἔφη „τοῦ μὴ διδάξαι τῶν
 δεόντων ἡμᾶς, ὥσθ' ἕτερόν τινα ἔχειν τοὺς εἰρημένους προσ-
 δεῖναι. τό, τε γὰρ ἐν ταῖς εὐτυχίαις μὴ φουσᾶσθαι, σωφρο-
 νων καὶ ἀνδρείων ἀπέδειξεν ὄν ἀνδρῶν, καὶ τὸ τοὺς γεγεννηκό- B
 18. βουλευομένοις scripsi pro βουλομένοις.

omnes simul circumfusi barbari, nobis concordibus atterere et im-
 minuere potuissent. Quod cum vos haud fugeret, exordio statim
 Belli huius legatione ad imperatorem, me non inscio, missa, pacem
 petivistis. Quia vos nihil impetrabatis, ego legationem iteravi, im-
 pense avum orans, ne nos eiusdem gentis homines mutuis armis de-
 leri pateretur, et pacem pro munere summo exposcens. Tum igitur
 nos rogantes ille audire noluit: nunc divino nutu, qui pacem
 tum repudiabant, eandem a nobis impetrare satagunt. Quare
 primum par esse duco, nos de tanto beneficio grates Deo
 persolvere, qui hactenus semper inimicis nos superiores reddidit,
 deinde etiam non invitòs pacem admittere, nec propter hoc
 nescio quid felicitatis in superbiam et confidentiam delabi: sed ex-
 istimare, nunc illud esse tempus, quo consultantibus nobis pax ne-
 cessaria apparebat; proindeque similiter in praesentia de ea delibe-
 rare atque statuere. Mox ut finem loquendi fecit imperator, magnus
 domesticus his verbis secutus est: Quid officium a nobis postularet,
 imperator perfecte docuit: nec est quod quisquam addere dictis pos-
 sit. Nam rebus prosperis non efferri modestorum ac fortium viro-
 rum: et parcentes revereri ac honorare, iustum pariter ac necessarium

Α. C. 1322τας ἀδελφῶν τε καὶ τιμῶν καὶ δίκαιον ἅμα καὶ ἀναγκαῖον·
 καὶ τὸ τῶν δημοφύλων κήδεσθαι καὶ περὶ πλείστον τὴν σωτη-
 ρίαν αὐτῶν ποιεῖσθαι, καὶ μὴ διὰ φιλονεικίας φθειρομένους
 περιορῶν, ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ τῶν οἰκείων προΐεσθαι τοῦ σώζε-
 σθαι ἔνεκα αὐτούς, οὐ μόνον ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ συνδέσει κε-5
 χρημένων ἀνθρώπων εἶναι. οἷς γὰρ ἂν τις τοὺς οἰκείους καὶ
 δημοφύλους φθειρομένους περιορῶν, τοῖς αὐτοῖς τούτοις αὐτὸν
 ἐστὶ φθειρεσθαι ἀγνοοῦντα· καὶ μόνον τὴν κατὰ τῶν δημοφύ-
 λων νίκην ἤτταν αἰσχίστην, ἀλλ' οὐ νίκην νομίζειν χρη· κε-
 C φάλαίον δὲ ἐπὶ τούτοις, ὡς ὁ πάντα ἐφορῶν θεὸς τῇ πυρρῶσῃ 10
 εὐτυχίᾳ ὄρθῳσ καὶ ὡς προσῆκε καὶ μετὰ ἀτυφίας ὄρθῳν χρω-
 μένους ἡμᾶς, καὶ μὴ ὠμούς τινος καὶ ἀπανθρώπους γεγενη-
 μένους καὶ τὴν φύσιν ἀγνοήσαντας, ἐτέρων πολλῶν τοιούτων
 ἢ καὶ πλείονων καὶ θανμμασιωτέρων εὐεργετημάτων ἀξιώσειεν
 ἂν. εἰ οὖν δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ ἀναγκαῖα τὰ βεβουλενυμένα καὶ 15
 πρὸς τὸ εὐδοξεῖν καὶ τὸ σώζεσθαι λυσιτελοῦντα, οὐδὲν ἔτι λει-
 πον ἢ ἐπιψηφίζεσθαι καὶ ὑμᾶς. αὐτὸς γὰρ ὄρθῳσ τε οἴομενος
 ἔχειν τὰ εἰρημένα καὶ ὁμοίως περὶ τῶν αὐτῶν φρονῶν, γνοίμην
 δίδωμι δέχεσθαι τὴν εἰρήνην, καὶ τὸ ἐμὸν μέρος ἐπικυρῶ." Τοι-
 αῦτα καὶ τοῦ μεγάλου δομωστικῶν εἰρηκότος, ὃ, τε πρωτοστρά- 20
 D τωρ ἐπιψηφίζετο δέχεσθαι τὴν εἰρήνην, ὄρθῳσ τὸν τε βασιλέα
 εἰρηκέναι τὸν τε μέγαν δομωστικῶν συνειπεῖν αὐτῷ εἰπῶν καὶ
 οἱ λοιποὶ πάντες εὐθὺς ἄκοντες μὲν, ἐπιψηφίζοντο δ' οὖν
 ὁμως. πάντων δὲ ἐπιψηφισαμένων τὴν εἰρήνην, ἐπυνθάνετο

esse ostendit. Praeterea eiusdem gentis societate nobis devictorum
 curam gerendam, eorumque salutem inprimis diligendam, ut ea non
 solum propter aemulationem non contemnatur: sed eius tuendae
 causa, si ita necesse sit, etiam de propriis aliquid libenter amittat-
 tur, idque honorum ac prudentium munus videri. Quibus enim in-
 commodis quispiam necessarios suos et homophylos conflictari pati-
 titur, iisdem ipse nescius conflictatur: et solum cives suos vicisse,
 turpissime victum esse, non vicisse, arbitremur licet. Caput ac sum-
 ma horum est, Deum universorum inspectorem, quia nos oblata pro-
 speritate probe atque ut convenit ac sine fastu uti, nec inde saevos
 et immanes evasisse videt, multis huiusmodi ac maioribus etiam
 beneficiis prosecuturum. Si igitur iusta et necessaria, si cum salute
 et gloria vestra consociata sunt quae consuluntur, hoc unum super-
 est, ut vos quoque assentiamini. Ego ipse quae dicta sunt approbo
 idemque sentio: pacem accipiendam pronuntio et pro mea parte ra-
 tam habeo. Haec illo prolocuto, protostrator censuit, quod impera-
 tor de pace accipienda verba fecisset et magnus domesticus ei suf-
 fragatus esset, recte factum, et ceteri omnes, ingratis quidem, sta-
 tum tamen manus dederunt. Pace omnium sententiis decreta, rursum
 quaesivit imperator, equid pacem componi talem oporteret, quae

αἰθῆς ὁ βασιλεὺς, εἰ τοιαύτην δέοι τὴν εἰρήνην γενέσθαι ὥστε A. C. 132α
 βεβαίαν εἶναι αἰεὶ, καὶ μηδεμίαν ὑπομίαν ὕστερον ἢ πρόφα-
 σὶν τινα πολέμου ἔχειν. ὁ δὲ γε μέγας δομestικός, οἷα δὴ
 πρότερον ἅμα βασιλεῖ ὁποῖαν τινὰ δεῖ εἰρήνην γενέσθαι βεβου-
 5 λευμένος, τοιοῦτους ἐποιεῖτο τοὺς λόγους, ὡς δοκεῖν οὐκ ἔξε-
 πίτηδες, ἀλλ' ἀνάγκη τινὶ πρὸς τὰς ἐπὶ τοῖς τοιοῦτοις ὁμολο-
 γίας συνωθεῖσθαι. „δέον γάρ” ἔλεγεν „εἶναι, ὃ βασιλεῦ, μὴ P. 98
 πάλιν ἡμῖν τὰς ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ συμβάσεις τοιαύτας γενέσθαι,
 ὥστε τοὺς συκοφάντας ἐγχωρεῖν προφάσεων εὐπροσώπων εὐ-
 10 ποροῦντας ἡμᾶς τοὺς βασιλέας πρὸς ἀλλήλους διαβάλλειν καὶ
 τὸν πόλεμον κινεῖν, οὐ μόνον ἡμῖν ἀδοξίαν ἅμα καὶ εἰς τὰ
 καιριώτατα ζημίαν, ἀλλὰ καὶ τῷ ὑπηκόῳ παντὶ παντοίων προ-
 15 ξενούντα φορὰν κακῶν. παραπλήσιον γὰρ συμβαίνει καὶ ἐφ' V. 79
 ἡμῖν, ὁποῖον ἂν καὶ ἐπὶ δυοῖ τῶν ἐπὶ ῥώμῃ καὶ μεγέθει θαν-
 15 μαζομένων συμβαίῃ ζώων· ἐκείνων τε γὰρ ἀλλήλους ἀντεπιόν-
 των καὶ συβῆγγυμένων, τὰ ἐν ποσὶ πάντα συντριβεσθαι καὶ B
 διαφθεῖρεσθαι εἰκὸς, ἀδικούντα μηδέν· καὶ ἡμῶν ἀπόλλυσθαι
 τοὺς ὑπηκόους μαχομένων. οὐ δὴ ἔνεκα οὐ μόνον ὅτι εἰρήνην
 γενέσθαι δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' ὅπως καὶ βεβαία καὶ ἀκατάλυτος
 20 μενεῖ· ὡς εἶγε μέλλομεν, ὥσπερ καὶ πρότερον, οὐκ εἰρήνην
 βεβαίαν, ἀλλ' ὥσπερ ἀνακωχὰς τοῦ πολέμου ποιεῖν, βέλτιον
 μηδὲ γενέσθαι τὴν ἀρχήν. οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἢ ἐπιτοκίας ἐγ-
 κλημασι τοὺς προτέρους παρασπονδήσαντας ἐνέχεσθαι περιέ-
 25 σται.” Τῶν τοιοῦτων δὲ λόγων οὐ τε τῆς συγκλήτου καὶ τῆς

firma ac certa semper maneret et posthac suspicione praetextuque belli careret omnimodis. Tum magnus domesticus, ut qui antea cum eo commentatus esset de genere pacis, talia dixit, e quibus non de industria venire, sed necessitate quadam ad pacta et conditiones pacis causa subeundas compelli videretur. Sic ergo fatus est: Pacificatio, imperator, non amplius eiusmodi suscipienda est, ut calumniatoribus speciosis occasionibus facultas suppetat, vestrum utrumvis apud alterum insimulandi et bellum incendi: quod non solum vobis cum ignominia vestra maximas opportunitates corrumpat; sed etiam universis, qui in ditione vestra sunt, genus omne malorum inferat. Quod enim duabus animantibus robore et magnitudine corporum insignibus acciderit, hoc vobis usuvenit. Nam quomodo, illis in se mutuo irruentibus ac proeliantibus, quae intra pedes sunt omnia conteri ac disperdi consentaneum est, cum tamen illa nihil quemquam laeserint: sic, vobis invicem bellantibus, subiecti innocentes pereant oportet. Quocirca non modo uti pax componatur; sed ut composita ne vacillet ac dissolvatur, videndum est. Etenim si, quemadmodum antehac, non pacem stabilem, sed tamquam inducias facturi sumus, omnino nullam fieri satius est. Quidnam aliud expectandum, quam ut qui foedus priores ruperunt, perfidiae scelere

- A. C. 1322 στρατιῶς ἀκούσαντες, ὅτι μὲν κατασκευάζων τοιαῦτα ὁ μέγας
 Cδομέστικας ἐδημηγόρει, ἤσθοντο οὐδ' ἐπὶ μικρόν. νομίσαντες
 δὲ οὐκ ἄλλοθεν ποθεν αὐτὸν αἰνίτεσθαι βεβαίαν ἔσσεσθαι τὴν
 εἰρήνην, ἣ ἀπὸ τοῦ βασιλέα τὸν νέον ἦν τε κατεῖχε πρότερον
 μοῖραν τῆς ἀρχῆς καὶ ὧν προσεῖληφεν ἐν τῷ νῦν πολέμῳ τὰς
 πλείω κατασχόντα ἐς τὰ μάλιστα γενέσθαι δυνατόν, τὸν δὲ
 πρεσβύτερον ἡσθηνεχότα διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἀφρηῆσθαι πολλὰ
 ἀτολμότερον πρὸς τὸ νεωτερίζειν ἢ γενέσθαι, καὶ δίκαια καὶ
 συμφέροντα πάντες εἶπον τὸν μέγαν δομέστικον εἰρηκέναι, καὶ
 τοιαύτην δεῖν ἐθορύβησαν τὴν εἰρήνην εἶναι. ὁ βασιλεὺς δὲ 10
 ἤδη τοῖς οἰκείοις λόγοις πάντας προκατελιημμένους συνορῶν,
 D „καμοὶ τὰ ἴσα” εἶπε „συνδοκεῖ τό, τε γὰρ πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς
 πολεμεῖν, καὶ αὐτοῖς ἡμῖν καὶ τοῖς ὑπηκόοις ἀλυσιτελές· καὶ τὸ
 παραδείγμα οἰκεῖον μάλιστα, ᾧ προσείκασεν ὁ μέγας δομέστικος
 τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον ἡμῶν. ἀνάγκη γὰρ ὑμᾶς τε τοὺς ἐπ' 15
 ἀμφοτέροις στρατευομένους ἐν ταῖς μάχαις ἐπ' ἀλλήλων ἀπο-
 θνήσκειν, καὶ τὰς κτήσεις, ἐξ ὧν αἶ τε ἰδιωτικαὶ καὶ αἱ δημό-
 σιοι διαφθείρεσθαι πρόσοδοι. καὶ τὸ μὴ βεβαίαν αὐδῆς, ἀλλ'
 ὑφ' ὄτουσῶν διαλυθῆσεσθαι προσδοκωμένην γενέσθαι τὴν εἰ-
 ρήνην, μάλιστα ἀσύμφορον ἡμῖν. διὸ δεῖ σκεψαμένους αὐτούς, 20
 P. 99 πᾶσαν πρότερον πολέμου πρόφασιν περιελεῖν· πολέμου δὲ πρό-
 φασις πᾶσιν ἀνθρώποις ἢ οἰόμενον ἀδικεῖσθαι ἀμύνεσθαι
 ἐθέλειν, ἢ πολέμου ἀρχεῖν αἰρούμενον ἀδικεῖν ἐὰν δέ τις ἀγα-

se obstringant? Haec ubi principes ac milites auribus hauserunt, ta-
 lia eum moliri prorsus non senserunt. Cumque opinarentur, ver-
 borum quodam involucro indicare voluisse, plane non aliter pacem
 perpetuam constare posse, quam si iunior, retenta quam obtinebat
 parte imperii, illis, quae hoc bello acquisierat, adiunctis, possessio-
 nem amplificaret atque ita potentia summa polleret, senior contra,
 imperio suo magnopere diminuto, enervatus, res novas minus aude-
 ret; cum ita, inquam, cogitarent, iustam et utilem domesticam ora-
 tionem fuisse omnes autumarunt et istiusmodi pacem incundam suc-
 clamarunt. Imperator familiari oratione iam praeoccupatos omnium
 animos intelligens, Et mihi eadem sententia est, inquit, quae magno
 domestico. Nam belligerare me cum avo, ipsis nobis populisque
 nostris incommodat; et parabola, qua ille bellum nostrum expressit,
 rem maxime ante oculos ponit. Necessae est siquidem et vos, alte-
 rutri militantes, in pugna interfici, et agros ac praedia, unde pub-
 lica privataque vectigalia, devastari. Pacem rursus nec constantem
 et validam, sed qualibet occasione frangendam inire, nobis prorsus
 inutile. Idcirco rem nos discutere ac prius omnem belli materiam
 amputare fas est. Materiam porro et causas belli hasce omnes
 mortales habent, vel cum se laesos putant, ut iniurias ulciscantur,
 vel, ut quibus iniurias inferre constituerunt, eosdem armis priores

γὰν ἐαυτὸν ἐγχειρίσῃ τῷ πολεμοῦντι, πᾶσαν πρόφασιν πολέ- A. C. 1322
 μου περιεῖλεν. εἴτε γὰρ ᾗτο ἀδικεῖσθαι, τὸν ἀδικοῦντα ἔχων
 ἤσυχάσει, εἴτε προὔθνηται πλεονεκτεῖν, πλέον ἔχων οὐ προσ-
 εδόκησε, καὶ οὔτω παύσεται τοῦ πολεμεῖν. διὸ δὲ καὶ ἡμᾶς
 5 βεβαίας εἰρήνης ἐπιθυμοῦντας, θεῶ τε θαρξήσαντας καὶ τῇ
 σφετέρᾳ αὐτῶν πράξει ὡς ἀγαθῇ, πᾶσαν τὴν ἀρχὴν ἡμῶν τε
 αὐτῶν καὶ πόλεων καὶ προσόδων ἐγχειρίσαι τῷ βασιλεῖ. οὐ-
 10 τω δὲ πράξαντες, πᾶσαν πρόφασιν τῶν συκοφαντῶν διαβολῆς B
 περιελοῦμεν. ἐκείνων δὲ πεπαυμένων κακουργεῖν, οὐδὲν ἐπι-
 15 οἰεσόμεθα εἶναι βαθείας ἀπολαύειν πάντας εἰρήνης. εἰ δ' αὖ-
 θις χωρήσομεν εἰς μερισμούς, πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο, τὸ δυ-
 σὶν ἔτεσι καὶ ἐξήκοντα ὁμοῦ πάντων ἄρχοντα αὐτὸν, νῦν τῆς
 κατὰ πάντων ἐξουσίας ἀποστρεφείσθαι, ἱκανὸν πρὸς ταραχὴν
 καὶ δυνατὸν τοῖς συκοφάνταις πείσαι προσέχειν ὡς ἐπιβουλεύ-
 20 εται παρ' ἡμῶν καταψευδομένοις. ἔπειτα δὲ καὶ τούτοις αὐ-
 25 τοῖς, ὡστ' ἔχειν ῥάπτειν τὰς διαβολὰς, ὕλην ἂν παράσχοιμεν V. 80
 πολλήν. ἐχόντων δὲ ἐκείνων δύναμιν κακουργεῖν, οὐκ ἐν πολ- C
 λῷ χρόνῳ ἀναγκασθόμεθα αὐδὶς πολεμεῖν. οὐκ ἤρεμήσουσι
 γὰρ, ἄχρις ἂν ποικίλαις καὶ πολλαῖς διαβολαῖς ἐξορμήσωσι,
 30 πρὸς πόλεμον τὸν βασιλέα. μὴ θανατώσητε δὲ, εἰ παρὰ τῶν
 νεωτεροποιῶν τούτων καὶ φθόρων ἐξαπατήσασθαι τὸν βασιλέα
 λέγων, ἐμαυτὸν ἐξαίρω τοῦ λόγου ὡς μὴ τὰ ἴσα δυνάμενον
 παθεῖν, (καίτοι γε οὕτως ἔχω παρασκευῆς καὶ γνώμης, ὡς οὐδ'

lasciant. Quod si quis bellum moventi se ultro tradiderit, iam bellum omne sustulerit. Sive enim ille se laedi arbitratur, laedentem habens in potestate, quiescit; sive rei augendae studebat, plus adeptus quam sperabat, etiam sic arma deponet. Quare et nos opus est, qui pacem inconcussam expetimus, Deo et aequitati causae innitentes, omne imperium et in nos ipsos et in urbes et in vectigalia avo transcribere. Si ita fecerimus, criminatōribus os obturabitur; quibus malitia supersedentibus, nihil impediet, quin omnes firmissima pace perfruamur. Sin rursus ad partiendum imperium aggrediemur, primum istuc ipsum, totis duobus et sexaginta annis eum imperitasse omnibus, et nunc imperii huius imminutionem pati, ad tumultum sufficit et avum, ut obtrectatoribus nos sibi insidias struerē mentientibus credat, impellere potest. Deinde his ipsis hominibus ad consendas sycophantias ansam multam praebebimus: qui si nequitiae exercendae facultatem nacti fuerint, non multum intercedet temporis, cum arma repetere cogemur: nullam quippe partem quietis capient, donec pluribus et variis criminationibus imperatori bellum persuaserint. Ne autem miremini, si cum ab istis rerum novarum cupidis ac pestiferis hominibus avum in fraudem inductum iri dicam, me hinc eximo, quasi non idem mihi queat contingere, (tametsi ita paratus et animatus sum, ut si quid eveniat, ne vere

- A. C. 1322 ἂν εἴ τι γένοιτο, μήτοι γε ἐκ διαβολῆς, ἀλλ' οὐδ' εἰ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα εἴη, πρὸς πόλεμον πρότερος αὐτὸς ἐξορμήσων, πρὶν ἂν αὐτοῖς ἔργοις ἀναγκασθῶ ὡς ἐπιόντα ἀπωσόμενος τὸν πόλεμον, τὰ ὄπλα ἀναλαμβάνειν,) ἀλλ' ὡς ἐνέχυρα ἰκανὰ πρὸς ἐκείνον τῆς διαβολῆς ἐχούσης. ὁ γὰρ ἄρχων μὴ τὴν ἀρχὴν⁵
- D ἀφαιρεθεῖη δεδοικῶς, κἄν ἐπιβουλεύεσθαι πεισθεῖη ὁ δουλεύων δὲ οὐκ ἂν πείθεται ῥαδίως. τούτων δὲ ἕνεκα ὧν εἶπον, μὴ πάλιν πρὸς μερισμοὺς τῆς ἀρχῆς ἐπιπολὺ σκεψαμένῳ ἔδοξε δεῖν χωρεῖν, ἀλλ' ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ πάντα χρήματα ἀγαγόντας, ἐγχειρίσαι βασιλεῖ. οὕτω γὰρ ἦν ποδοῦμεν εἰρήνην¹⁰ βεβαία περιέσται." Τοιαῦτα περὶ τῆς εἰρήνης διελεγμένου τοῦ βασιλέως, ἐπιπολὺ μὲν τὸ βουλευτήριον σιωπῇ κατέσχε βαθεῖα, πάντων πρὸς τοὺς λόγους ἐκπεπληγμένων. οὐ γὰρ ἂν ἐπὶ τοιούτοις ᾤηθησάν ποτε γενέσθαι τὴν εἰρήνην. ἀποκριναμένων δὲ οὐδὲν, ἐπιστραφεὶς ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν μέγαν¹⁵
- P. 100 δομῆστικον „οὐ σιωπᾶν" ἔφη „χρεῶν, ἀλλ' αὐτὸν τε ὡς ἔχεις περὶ τῶν εἰρημένων καὶ τοὺς ἄλλους λέγειν. ἐπὶ τούτοις ὁ μέγας δομῆστικος εἶπε τοιαῦτα· „εἰ μὲν πρὸς βαρβάρους, ὃ βασιλεῦ, τοὺς φύσει πολεμίους ὁ πόλεμος ἡμῖν ἦν, οὐδὲν ἕτερον ἔδει σκοπεῖν, ἢ ὅπως, ἦν μὲν περιγενομένη τῷ πολέμῳ, ἐπέξι-²⁰ ἐναι καὶ διαφθεῖρειν, ἄχρις ἂν ἡ ἐκτρίψαντες ποιήσωμεν ἐκποδῶν, ἢ, τό γε δεύτερον, δουλωσάμενοι ποιήσωμεν ὑποφόρους· εἰ δὲ ἰσθόροπα ἡμῖν τὰ πράγματα ἦν, πρὸς τὴν αὐτῶν χρεῖαν

quidem relata, nedum calumniose, ad bellum ante incipiendum me permoveant, quam re ipsa cogar arma capessere bellumque mihi illatum defendere,) ideo hoc a me dicitur, quod obtrectatio multa velut pignora apud eum habet. Qui enim imperat, cum imperii amittendi metum conceperit, huic etiam, sibi insidias tendi, fides fieri poterit: qui vero paret, ei istuc persuaderi non facile poterit. Ob haec ipsa igitur quae commemoravi, mihi diu multumque cogitanti, non iterum ad divisionem imperii veniendum, sed nobis ipsis cum rebus omnibus in imperatoris auctoritatem imperiumque concedendum visum est: sic enim duraturam, quam expetivimus, pacem prorsus adipisci licebit. His a iuniore imperatore super pace disputatis, diu altum fuit in concilio silentium, cunctis ea oratione attonitis: nunquam enim in mentem illis venisset, tali modo pacem compositum iri. Cum nihil responderetur, conversus ad magnum domesticum, Non iam silendi tempus, inquit; tibi ipsi et aliis ad verba mea respondendum est. Tum ille sic inquit: Siquidem, imperator, contra barbaros natura hostes bellum nobis susceptum esset, nihil erat considerandum aliud, nisi quomodo victores loca omnia populabundi percursaremus, usque dum omnes caedibus e medio tolleremus aut saltem in servitatem redactos tributarios nostros faceremus; sin aequo Marte paria rerum momenta essent, quomodo

μεταρμόζεσθαι καὶ αὐτούς. ἐπειδὴ δὲ ἔστιν οὔτε πρὸς φύσει A. C. 1322
πολεμίους βαρβάρους, οὔτε πρὸς τὴν αὐτὴν μὲν ἡρημένους
θηρηκαίαν ἡμῖν, ἄλλως δὲ πολεμίους καὶ ὑπὸ ἰδίαν τεταγμέ- B
νους ἡγεμονίαν, οὓς ἂν τις ἴσως καὶ βιάζεσθαι συγχωρήσειε
5 δυνάμενοι· ἀλλὰ πρὸς ὁμοφύλους καὶ οἰκειοτάτους, τίς ἂν
νοῦν ἔχων καὶ μικρὰν τινα ποιούμενος φροντίδα τοῖς ἐν ἄδου
καταδίκαις μὴ συνεῖναι, μᾶλλον ἂν ἀνθέλοιτο τὸν πόλεμον τῆς
εἰρήνης; καίτοι γε οὐδ' οὕτω συμμεμέρισται ὑμῖν τοῖς βασι-
λεῦσι τὰ τῆς ἀρχῆς, ὡς τὸν μὲν τῆς ἐκ τῆς ἔω στρατιᾶς, τῆς
10 ἐσπερίου δὲ τὸν ἕτερον στρατηγεῖν· ἦν γὰρ οὕτω τι μετριώ-
τερον, Ῥωμαίοις μὲν καὶ οὕτω Ῥωμαίων συμπιπτόντων καὶ
κτεινομένων, ὅμως δ' οὖν τινα παραμυθίαν τὸ μὴ προσήκειν
αὐτοῖς καθ' αἷμα τοὺς ἀποσφαττομένους οἰομένων. νυνὶ δ' C
οὕτως ἢ κοινῇ τῶν Ῥωμαίων συνεσκεύασε δυστυχία, ὡς αὐτὰς
15 τὰς οἰκίας πρὸς ἀλλήλας μερισθείσας, μήτοι γε πόλεις, καὶ
ἀδελφούς ἀλλήλους, καὶ παῖδας πατράσι, καὶ φίλους γνησι-
τάτοις φίλοις οὐ τῷ σφετέρῳ αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ τῶν βασιλέων
ἔχδει πολεμεῖν. εἰκὸς δὲ καὶ παρ' αὐτὰς τὰς μάχας τὸν πατέ-
ρα τὸν οἰκεῖον ἢ τὸν ἀδελφὸν ἀποκτείναντά τινα ἢ τὸν φί-
20 λον, ἐν τῷ σκυλεύειν τὴν δυστυχεστάτην ἐπιγνώναι νίκην, οὐ
τί σχετλιώτερον γένοιτ' ἂν; ὧν δὴ ἕνεκα αὐτὸς τε ἡγοῦμαι V. 81
τὴν εἰρήνην λυσιτελεῖν, καὶ οἱ ἄλλοι συνεπιψηφίζονται πάν-
τες. ἐπειδὴ δὲ νῦν καὶ ἐφ' ὁποίοις δὴ τισι τὴν εἰρήνην γενέ-
σθαι δεῖ πρόκειται σκοπεῖν ὥστε μένειν βεβαίαν καὶ μὴ πά- D

18. τῶν πατέρα male ed. P.

ad eorum usum ipsi quoque nos accommodaremus. Quoniam vero
neque adversum tales pugnamus, neque adversum eos, qui sacrorum
socii, cetera hostes, suis legibus vivunt, quos fortasse potentioribus
opprimendos condones: sed contra homophylos et coniunctissimos
quis prudens, obsecro, et vel tantillum sollicitus, ne apud inferos
inter damnatos referatur, bellum hoc paci anteponat? Atqui ne sic
quidem vobis imperatoribus distributum est imperium, ut alter ve-
strum exercitu ex oriente, alter ex occidente collecto militet: esset
enim id tolerabilius. Quamquam enim Romani vel sic concurrerent
cum Romanis seque mutuo interficerent, tamen illa consolatione mul-
cerentur, quod perempti nulla se cognatione attingerent. Nunc in
communi Romanorum calamitate ita se res habet, ut ipsae domus,
nedum urbes in se divisae sint, et fratres cum fratribus, et filii cum
parentibus, et amici cum amicis germanissimis, non suo ipsorum, sed
imperatorum inter se odio deproelluntur. Verisimile porro est, quos-
dam intersectorum a se patrum suorum, aut fratrum, aut amicorum
spolia legentes, infelicissimam victoriam agnituros: quo quid tandem
miserabilius? Ob has res ego ceterisque omnes omnino pacem con-
ducere sentimus. Quia ergo nunc certas ob causas eam constituere

Cantacuzenus.

11.

A.C. 1322 *λιν προφάσεων πρὸς πόλεμον εὐπορεῖν, εἰ μὲν ἕτερόν αὐτα ἢ αὐτὸς εἰρηκας, ὃ βασιλεῦ, λυσιτελεῖν ἐλογιζόμεν, εἶπον ἄν ἐνδοιούσας μηδέν· ἐπειδὴ δὲ ἅμα τε δίκαια καὶ τῷ κοινῷ συμφέροντα Ῥωμαίων καὶ πρὸς εὐδοξίαν οὐδενὸς δεύτερα σαυτῷ τε εἰρηκας καὶ ἡμῖν, θεῷ τῷ τῶν ἀγαθῶν θαρδῶσαν-5 τες ἐφόρω, εἰς ἔργα προᾶζομεν τοὺς λόγους." Τοιαῦτα μὲν καὶ ὁ μέγας δομέστικος εἶπεν· ἐπιτραπεῖς δὲ καὶ ὁ πρωτο-*

P. 101 *στράτωρ ἃ δοκεῖ συμφέροντα εἶπειν, „τὴν μὲν εἰρήνην ὡς ἀγαθὸν καὶ λυσιτελεῖς ἡμῖν τε καὶ τῷ κοινῷ Ῥωμαίων παντί, οὐδ’ ἄν αὐτὸς ἀρνηθεῖην, μὴ καὶ οἴεσθαι καὶ πεπεῖσθαι" 10 εἶπε „παρ’ ὑμῶν. τοιαύτην μέντοι οἶαν αὐτὸς εἰρηκας γενέσθαι, βασιλεῦ, οὐδὲ ὑπονοῆσαι ποτε ὁμολογῶ. ἐλογιζόμεν γὰρ ὅτι πρὸς οἷς κατείχομεν πρότερον καὶ ἐκ τῶν νῦν προσχωρησάντων οὐκ ὀλίγα κατασχόντες, τὰς ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ποιήσομεν σπονδάς. διὸ καὶ προθυμίᾳ σὺν πολλῇ τῶν περὶ τῆς εἰρήνης 15 εἰχόμεν λόγων· ἐπειδὴ δέ σοι οὕτω βέλτιον δοκεῖ, κάμοι πᾶ-
Ββα συνδοκεῖν ἀνάγκη. ἐξ ὅτου γὰρ σοι φέρων ὑπέταξα ἐμαυτὸν, οὕτω πέπεισμαι ὡς ἅμα σοὶ καὶ ἀποθανούμενος καὶ βιώσων. διὸπερ εἰ καὶ αὐτὸς ἐτέρως ἐλογιζόμεν ἔσεσθαι τὴν εἰρήνην, ἀλλ’ ἐπειδὴ νυνὶ σοὶ τοῦτον τὸν τρόπον δοκεῖ, ὡς ἄν 20 αὐτὸς βέλτιον ἢ ἡ τελεῖσθω." τοιαῦτα καὶ πρωτοστράτορος εἰπόντος, εὐχαριστήσας ὁ βασιλεὺς ἐπνιθάνετο τῶν ἄλλων. ἐπισχόντες δὲ μικρὸν, „παρὰ σοὶ τὴν ἔξουσίαν, ἔφασαν, εἶναι τοῦ πράττειν· δεσπότης δὲ ὢν, ἃ βούλει πράττει." τὴν τοι-*

oportet, dispiciendum, quo pacto inviolabilis permaneat: ne rursus occasiones armorum renovandorum exoriantur. Si aliud quam abs te dictum est, utile arbitraret, non dubitasset id in medium afferre. Sed quoniam et iusta, et Romanorum communi frugifera, et tibi nobisque gloriosissima disseruisti, Deo honorum praeside freti, ad opus verba conferemus. Haec magnus domesticus: secundum quem et prostrator, quod putaret fore e re publica eloquendi copia facta: Pacem, inquit, nobis totique imperio Romano bonam ac salutarem me iudicare et ita a vobis persuasum esse, haud inficiabor: talem autem conficiendam esse, qualem tu imperator descripsisti, nunquam me suspicatum confiteor. Mecum enim cogitabam, nos ad ea, quae prius tenebamus, recenti accessione facta, pacis foedus icturos. Unde aliis de ea disserentibus cupidissime auscultabam. Ceterum quia haec via tibi magis probatur, mihi quoque ut probetur, prorsus necesse est. Ex quo namque ad auctoritatem tuam me contuli, sic me institui, ut tecum vivere iuxta ac mori non recusem. Quare etsi aliter pacem confectum iri ratiocinabar, nihilo minus cum haec tua mens sit hodie, quod quod rectius censes, id fiat sane. Imperator protostratori haec prolucato gratias egit et alios interrogavit. Qui post aliquam mo-
ram responderunt, cum dominus sit, in manu eius esse facere

αἰτήν δὲ ἀπολογίαὺν οὐ πεισθέντες τοῖς εἰρημένοις, ἀλλ' ἀη-Α. C. 132
 δῶς μᾶλλον εἶπον διατεθέντες. ὁ μέντοι βασιλεὺς τὴν ἀπολο-
 γίαν ὅ, τι νοεῖ ὑποκρινάμενος ἀγνοεῖν, εὐχαριστήσας καὶ αὐ- C
 τοῖς, διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. ἔξ ἐκείνης δὲ καὶ εἰς ἐβδόμην
 5 ἡμέραν ὁ βασιλεὺς τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἅμα καὶ πρωτοστρά-
 τορι τοὺς τε ἐν τέλει καὶ τοὺς λογάδας πείθοντας τῆς στρα-
 τιᾶς, καὶ δι' αὐτῶν ἅπαν τὸ πλῆθος, ἴσχυσαν μόλις εὐπαρά-
 δεκτον πᾶσι τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις εἰρήνην καταστήσαι. ἔξῃ
 μὲν οὖν καὶ βασιλεὺς σὺν ὀλίγοις τῶν ἐπιφανῶν τισι τὴν εἰρή-
 10 νην κυροῦν, ἐδόκει δὲ βέλτιον γενέσθαι ψήφῳ κοινῇ. καὶ δια
 τοῦτο τὰ τοιαῦτα ὤκοινομεῖτο.

λγ'. Ἐπὶ δ' ἐκεκύρωτο παρὰ πάντων, τὸν τοῦ ἁγίου D
 ὄρους πρῶτον, ὅστις καὶ ἐπρέσβευε τότε, μετακαλεσάμενος
 ὁ βασιλεὺς, „τὴν μὲν πρὸς τὴν εἰρήνην ἔνστασιν” εἶπε „τῆς
 15 στρατιᾶς, τὴν τε ἡμετέραν πρὸς τοῦτο σπουδὴν καὶ τοὺς τρό- V. 8a
 πους καὶ τὰς περινοίας, δι' ὧν αὐτὴν εὐπαράδεκτον πᾶσι πε-
 πείκαμεν γενέσθαι, αὐτὸς ἰδὼν ἀπαγγελεῖς τῷ ἐμῷ κυρίῳ καὶ
 βασιλεῖ· ἔξ ἐμοῦ δὲ πρὸς αὐτὸν τοιαῦτα ἔρεις, ὡς, μάρτυρα
 τῶν ἐμῶν ποιῶμαι λόγων τὸν πάντ' ἐφορῶντα ὀφθαλμὸν
 20 τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ἐκ τοῦ συνειδότος ἀδέκαστον κρίσιν, ὡς P. 102
 οὔτε πρότερον οὔτε νῦν ἐμαυτῷ τι σύννοια ἐργασμένη οἶον
 ἄξιον εἶναί σε τὸν ἐμὸν κύριον καὶ πατέρα οὕτως ἐκπολεμω-
 θῆναι ποιῆσαι πρὸς ἐμέ. διόπερ πρότερόν τε ἅμα τε ἐμνή-
 σθης εἰρήνης, καὶ αὐτὸς μηδὲν ἀντιπῶν μηδὲ πολυπραγμο-

quae vellet. Responsum hocce tristi animo reddiderunt: non enim illos orationes commoverant. Nihilo minus imperator quod sciebat nescire simulans, eis similiter gratias egit conventumque solvit. Inde usque ad diem septimum ipse, magnus domesticus et protostrator optimates ac selectos perque illos totam multitudinem ut pacem propter rationes ante dictas amplecti vellent, aegre induxerunt. Et imperatori quidem cum paucis quibusdam de nobilibus pacem ratam facere licebat; verum id communi suffragio fieri consultius visum est: quae causa fuit, ut res ad hunc modum administraretur.

tur, qua panis et vinum consecranda ad altare deferuntur, honoratioribus ecclesiae diaconi accedentes, imperatorem vocant, et is cum illis ad locum, quae prothesis dicitur, ubi res ad sacra facienda necessariae sunt positae, accedit. Stans autem adhuc foris, pallium circulis aureis depictum supra diadema et purpuram induit: ac dextra quidem gestat crucem, quam gestare solet quamdiu coronam gestat; sinistrae ferulam tradunt, ut munere fungatur ecclesiastico eius, qui deputatus appellatur. Haec manibus tenens, tota pompa praecedit. Ad utrumque latus Barangi cum securibus, et claro sanguine iuvenes armati aut etiam inermes circiter centum composite sequuntur, rectaque post ipsum linea diaconi et sacerdotes ordine incedunt, sacra vasa et instrumenta cum reliquiis et ipsam eucharistiam ferentes. Templo de more circuito, ubi ad solem veniunt, alii quidem omnes foris manent, imperator solus ingressus, patriarcham ad sanctas fores stantem invenit. Postquam consalutarunt, patriarcha intus, imperator foris stans, expectant. Protinus qui pone imperatorem alios diaconos antecedit, dextra tenens thu-

τοῦ πατριάρχου λεγόμενον μαφόριον, τὸν βασιλεῖα παριῶν θυ- A. C. 1325
 μιᾷ κλίναςτος δὲ αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, ὁ διάκονος εἰς ἐπήκοον
 πάντων „μνησθεὶς κύριος ὁ θεός” λέγει „τοῦ κράτους τῆς
 βασιλείας ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ
 5 καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων,” ἐπιλέγων καὶ τὸ ἀμήν. V. 100
 ἐφεξῆς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ διάκονοι παριόντες καὶ ἱερεῖς λέγουσι
 τὸ αὐτό. τούτου δὲ τελεσθέντος, ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην
 προσαγορεύσας, ἀποδύεται τὸν μανδύαν. καὶ τὸν μὲν ὁ τῆς
 ἐκκλησίας ῥαιφερενδάριος ἀποφέρεται, (οὕτω γὰρ ἔθος) ὁ βα- C
 100σιλεὺς δ’ ἐπὶ τὴν ἀναβάθραν ἀνερχόμενος, ἐπὶ τοῦ θρόνου
 κάθηται πάλιν, τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως τῆς τε προσευχῆς
 τοῦ πάτερ ἡμῶν λεγομένων, καὶ τῆς ὑψώσεως γινομένης τοῦ
 δεσποτικοῦ καὶ ἁγίου σώματος, ἀνιστάμενος. τῆς ὑψώσεως δὲ
 τελεσθείσης, εἰ μὲν ἀνεπιτηδείως πρὸς τὴν τῶν ἁγιασμάτων
 15 κοινωνίαν ὁ βασιλεὺς ἔχει, μέχρι συμπληρώσεως τῆς θείας
 μυσταγωγίας κάθηται ἐπὶ τοῦ θρόνου· εἰ δὲ παρεσκευάσται
 πρὸς τοῦτο, πάλιν αὐτὸν οἱ διάκονοι ἐρχόμενοι προσκαλοῦν-
 ται καὶ μετ’ αὐτῶν εὐθύς εἰσεσιν εἰς τὰ ἄδυστα, καὶ θυμια-
 20 τοῦ αὐτῷ διδομένου, τὴν ἱερὰν τράπεζαν πρῶτα μὲν κατὰ
 25 ἀνατολὰς θυμιᾷ, εἶτα πρὸς ἄρκτον καὶ μετὰ τοῦτο πρὸς ἐσπέ-
 ραν καὶ τέταρτον πρὸς μεσημβρίαν βλέπων πάλιν δὲ πρὸς D
 ἀνατολὰς θυμιᾷσας, θυμιᾷ καὶ τὸν πατριάρχην προσαγορεύ-
 σας δὲ αὐτὸν ὁ πατριάρχης καὶ τῆς χειρὸς αὐτοῦ λαβὼν τὸν

1. ἠμοφόριον conl. Intrp., sed ED. P. recte nihil mutandum
 dicit. Vid. Ducang. ad Alexiadem p. 329. 3. λέγει scripsi
 pro λέγειν.

ribulum, sinistra humerale patriarchae quod dicitur, accedens impe-
 ratorem thure vaporat. Quo caput inclinante, diaconus sublata voce
 inquit, Memor sit dominus Deus potentiae imperii vestri in regno
 suo ubique, nunc et semper et in saecula saeculorum; addens: Amen.
 Deinceps et reliqui diaconi ac sacerdotes adeuntes, idem compre-
 cantur. Hoc perfecto, imperator rursus salutato patriarcha, penulam
 deponit, quam pro consuetudine ecclesiae referendarius aufert; de-
 nuoque anabathram ascendens, in throno considit, sub symbolo fi-
 dei, oratione dominica et elevatione dominici et sacri corporis ex-
 surgens. Facta elevatione, imperator si ad sacram communionem
 paratus non est, usque ad finem sacrae mystagogiae in throno sedet;
 si paratus, venientes diaconi eum rursus accersunt: quibuscum sta-
 tim in adyta ingreditur, traditoque sibi thuribulo, sacrae mensae
 suffitum facit, primum quidem ad orientem, tum ad septemtrionem,
 post ad occidentem, et tandem ad meridiem respiciens. Dumque
 iterum ad orientem thuris fumum spargit, in ipsum quoque patriar-
 cham id facit; qui imperatorem salutans deque eius manu thuribu-
 lum capiens, illum vicissim suffitu honorat. Post haec coronam de

- A. C. 1325 θνηματόν, ἀντιθνημῖ καὶ αὐτόν αὐτός. μετὰ δὲ τοῦτο τὸ στέμμα τῆς κεφαλῆς περιελάμενος ὁ βασιλεὺς, ἐχειρίζει τοὺς διακόνους. ὁ δὲ πατριάρχης εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶ τοῦ δεσποτικοῦ σώματος ἐπιδίδωσι μερίδα· μετασχὼν δὲ αὐτῆς, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος κοινωνεῖ, οὐ λαβίδι, καθάπερ οἱ πολλοί, ἀλλ' αὐτῶ κρατῆρι τὸν τῶν ἱερωμένων τρόπον. τό, τε στέμμα περιθέμενος αὐθις, ἔξεισι τῶν ἀδύτων. τελεσθείσης δὲ τῆς μυσταγωγίας, τοῦ διαδιδόμενου τοὺς πλήθουσιν ἀγιάσματος αὐθις μετασχὼν, καὶ παρὰ τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν παρόντων
- P. 125 τῶν ἀρχιερέων εὐλογηθεῖς, καὶ περιπτυσσόμενος αὐτῶν τὰς 10 χεῖρας, ἄνεισιν εἰς τὰ λεγόμενα κατηχούμενα, ὡς ἂν ἐξ ἀποπικου παρὰ πάντων ὁρώμενος εὐφημηθεῖη. τελεσθέντος δὲ καὶ τούτου, κατελθὼν ἐκεῖθεν αὐτός καὶ ἡ βασιλεὺς μόνοι, τῶν ἄλλων ἀπάντων ἐπομένων περὶ, ἔφιπποι χωροῦσι πρὸς τὰ βασιλεια· τραπεζῆς δὲ ἡτοιμασμένης ἐκεῖ στεφηφοροῦντες καθήμενοι εὐωχοῦνται· διακονεῖται δὲ αὐτοῖς ὁ μέγας δομέστικος τὰ πρὸς χρεῖαν, ἂν δὲ μὴ ἦ μέγας δομέστικος, ὁ δεσπότης. τὰς δ' ἐφεξῆς ἡμέρας δέκα πλείους ἢ ἐλάττους, (οὐ γὰρ ἀριθμὸς νεόβμισται· τῶν τῆς ἑορτῆς ἡμερῶν, ἀλλ' ὅπως ἂν βασιλεὺς δοκῆ,) τὸ μὲν διάδημα καὶ τὸ στέμμα καὶ τὴν πορφύραν ἐν τοῖς βασιλικῶν ἀποτίθενται ταμιεῖοις, ἐσθῆτας δὲ ἑτέρας περιβεβλημένοι λαμπρὰς καὶ βασιλικὰς, ἑορτάζουσι λαμπρῶς· ἀρίστων τε παρασκευαζομένων πολυτελῶν, οἱ συγκλητικοὶ πάντες καθήμενοι ἄριστῶσιν, ὁρώντων τῶν βασιλέων καὶ εὐωχομένων καὶ αὐτῶν ἐν ἰδίᾳ τραπεζῆ. διακονεῖται δὲ αὐτοῖς ὁ ἐπὶ τῆς βασιλικῆς 15

capite suo auferens imperator, diaconis tradit: cui patriarcha in manum dat partem corporis dominici; factusque eius particeps, etiam de sanguine vivifico communicat, non quomodo vulgus et cochleario, sed ipso calice sacerdotum more. Corona in caput reposita, ex adytis progreditur. Mystagogia finita, distributae populo sanctificationis rursus particeps effectus, et a patriarcha praesentibusque episcopis benedictione impertitus, et dexteras eorum apprehensas osculatus, in locum, qui Catechumena vocatur, ascendit, ut ab omnibus e longinquo conspectus, faustis acclamationibus excipiatur. Hoc etiam consummato, descendit, ipseque et Augusta soli equis insidentes, ceteri omnibus pone ambulantes, in palatium portantur. Ibi instructa mensa, magno domestico, aut si ille non est, despota ministrante, coronati epulantur. Per dies item consequentes, plus minus decem (neque enim numerus dierum festorum lege praescribitur, sed in arbitrio imperatoris est) diademate, corona et purpura in regio vestiario depositis, pretioso nihilo minus et regali cultu splendide ferias agunt. Prandiis sumptuose apparatus, proceres omnes coram imperatoribus convivantur, ipsis quoque separatim,

τεταγμένους τραπέζης ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἐν τῷ προση- A.C. 1325
 κοντι τόπῳ τοῖς ἄλλοις συνανακέκλιται συγκλητικοῖς. ἄξιον δὲ
 καὶ ὁ παρελίπομεν τῆς τελετῆς ταύτης ἐπιμνησθῆναι. τῇ γὰρ
 ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ὁ βασιλεὺς χρυσθεὶς ἔξεισι τοῦ ναοῦ, παρὰ C
 5τινος τῶν συγκλητικῶν, ὃν ἂν ὁ βασιλεὺς ἐθέλῃ, εἰς τὸν δῆ-
 μον ῥίπτονται ἢ λέγουσιν ἐπικόμβια. δύναται δὲ τοῦτο ἀπο-
 δέσμονος τινὰς εἶναι ἐν ὀθονίων τμήμασι δεδεμένους, ἔνδον
 ἔχοντας νομίσματα χρυσᾶ τῶν βασιλικῶν τρία καὶ ἕξ ἀργύ-
 ρου τοσαῦτα ἢ καὶ πλείω, καὶ ὀβολοὺς ἀπὸ χαλκοῦ τοσού-
 10τοους. ῥίπτονται δὲ ἀπόδεσμοι τοιοῦτοι χιλιάδων ἑλαττον ἢ
 πλεον δέκα ἐν τοῖς προαυλίοις μάλιστα τοῦ ναοῦ. ὑπὸ δὲ
 τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῦ δήμου συνηθροι-
 σμένου παντὸς, παρὰ τοῦ αὐτοῦ πάλιν συγκλητικῶν τῶν προ- V. 101
 15ραίων ἴσοι ἢ καὶ πλείους ῥίπτονται ἀπόδεσμοι. εἰς τὴν ὕστε-
 ραίαν δὲ τῶν δημοτικῶν μὲν πάρεσιν οὐδένας τοῦ στρατιω-
 τικοῦ δὲ καὶ τοῦ περὶ τὴν βασιλικὴν ὑπηρεσίαν τεταγμένου D
 παρόντος παντὸς, ἐν ταῖς τῶν βασιλείων αὐλαῖς ἔξερχόμενος
 ὁ βασιλεὺς, τοῦ τῶν βασιλικῶν ταμίου παρεστῶτος, χρημά-
 των καὶ τὴν ἄκραν τῆς ἐσθῆτος πλήρη φέροντος νομισμάτων
 20χρυσῶν ἐκ τῶν βασιλικῶν, δραττόμενος ὁ βασιλεὺς κύκλῳ δια-
 σκεδάζει. κενωθέντων δὲ, ὁ ταμίης αὐδὲς τὴν ἐσθῆτα ἀνα-
 πληροῦ καὶ τοῦτο γίνεται οὐ τρεῖς καὶ τετράκις μόνον, ἀλλὰ
 καὶ πλεονάκις. αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης διαδόσεως τοῦ χρυσοῦ
 τὸ πάντας βούλεσθαι τὸν βασιλέα ἐκ τῶν αὐτοῦ δαπανῶντας
 25αὐτῷ συνεφραίνεσθαι καὶ συμπανηγυρίζειν. τοιαύτη μὲν ἢ

praefecto regiae mensae ministrante, accumbentibus. Magnus dome-
 sticus locum sibi convenientem tenens, cum iisdem init epulas. Sed
 memorabile est in hac cerimonia quod omisimus. Die, quo impera-
 tor unctus e templo exit, ab aliquo eius optimatum, quem ad hoc
 delegerit, in populum iaciuntur quae vocant epicombia. Sunt autem
 fasciculi, segmentis linteis illigata habentes numismata aurea im-
 peratoria tria, totidem argentea aut plura, et obolos aereos totidem.
 Sparguntur huiusmodi fasciculi circiter decies mille, in vestibulo
 templi praecipue. Sub ipsum vero diem in palatio populo toto con-
 gregato, ab eodem ex optimatibus tot pluresve iaciuntur fasciculi.
 Postero die de populo adest nemo, adest autem quidquid est mili-
 tum et ministrorum aulicorum. Tum in atrium palatii descendens,
 astante quaestore suo gerenteque laciniam vestis plenam imperatoria
 pecunia eaque aurea, manu plena sumens, in orbem dispergit. Qua
 tota dispersa, quaestor laciniam iterum et tertium et quartum et sae-
 pius implet. Causa huius distributionis auri haec est, quod impera-
 tor de suo sumptum faciens, omnes secum laetari unaque festum
 diem celebrare cupit. Ritus igitur in coronatione imperatorum aet-

A.C. 1325 ἐπὶ τοῖς βασιλεῦσι στεφομένοις γινομένη τελετῇ ἢ δὴ γέγονεν ὁμοία καὶ ἐπ' Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ, Φεβρουαρίου ἱσταμένου τῆς οὐδῆς ἰνδικτιῶνος.

A. C. 1326 μβ. Τοῦ δὲ ἐπιόντος ἔτους κατὰ μῆνα Φεβρουάριον ἐν-
P. 126νάτης ἰνδικτιῶνος, ἐκ τῆς Σαβωῖας εἰς Βυζάντιον ἦκεν Ἄννα⁵
ἢ βασιλὶς, πολλὴν ἐπαγομένη καὶ βασιλικὴν θεραπείαν ἐκ τε
B ἀνδρῶν ὁμοίως καὶ γυναικῶν. ἐκ τε γὰρ τῶν παρὰ Λατίνους
καβαλλαρίων καὶ σκουερῶν λεγομένων ἦγε πολλοὺς καὶ τῶν
ἄλλως παρ' αὐτοῖς εὐπατριδῶν καὶ τὰς ἐν ἑτέροις χρόνοις
εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐξ ἄλλοδαπῶν ἀφικνουμένας βασιλίδας¹⁰
ὑπερέχεε πολυτελείᾳ. προσεδέχθη τε ὁμοίως παρὰ τοῦ βασι-
λέως καὶ κηδεστοῦ βασιλικῶς τε καὶ μεγαλοπρεπῶς καὶ ὡσπερ
ἦν εἰκὸς τῆν βασιλέως καὶ νιοῦ γαμετῆν. συμβέβηκε δὲ καὶ
βασιλέα τὸν νέον τῷ Βυζαντίῳ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐνδια-
τριβεῖν. ἢ δὲ βασιλὶς Ἄννα τῇ τε κατὰ τὸν πλοῦν ταλαιπω-¹⁵
C ρία καὶ τῇ τῶν ἀέρων ἐναλλαγῇ τὸ σῶμα πεπονηκυῖα, ἐνόσησεν
ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῆς ἀφίξεως αὐτῆς. ὃ, τε νέος Ἀν-
δρόνικος τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὴν τῆς βασιλίδος νόσον, τοῦτο
δ', ὅτι καὶ χρεῖα τις ἀπαραίτητος ἐκάλει, πρὸς τὰς ἐπὶ Θρά-
κης ἔξῃσι πόλεις, καὶ διέτριψεν ἄχρι φθινοπώρου ἐν ἐκείναις.²⁰
Ἰωαννῆριον δὲ ἱσταμένου τῆς δεκάτης ἰνδικτιῶνος, εἰς Βυζάν-
τιον ἐπανῆκε. καὶ ἡ γαμήλιος ἐτέλετο ἑορτῇ λαμπρᾷ καὶ πε-
ριφανῆς ὡσπερ δὲ ἔθος τοῖς βασιλεῦσι, μετὰ τὸ ἐπὶ τοῖς

8. In Graeco *σκουερῶν*, et ita etiam *legebatur* in codice Interpr. *Corrigit* autem *σκουταρίων*, sed nihil opus, cum potuerit *elidi* ex *scudiere* Itolorum aut *escuyer* Gallorum; nam utriusque, ut etiam Alamani, Latini promiscue dicuntur apud Graecos inferiores. *ED. P.*

vari solitus talis est: et servatus est etiam in Andronico iunioris imperatore, Indictione octava, ineunte mense Februario.

42. Anni sequentis mense item Februario, Indictione nona, e Sabaudia Byzantium venit Anna imperatrix frequenti et regio virorum feminarumque comitatu. Nam et ex caballariis et scutariis, ut apud Latinos dicuntur, multi sequebantur aliique domi suae nobiles: luxuque et magnificentia alias e locis externis in Romanum solum adductas nuptum imperatoribus reginas superabat. A socero imperatore perinde, et ut imperatoris ac filii sponsam conveniebat, regali apparatu accepta est. Belle autem cecidit, ut is eodem tempore Byzantii moraretur. Anna ex insolentia navigationis et coeli mutatione afflictata, paucis ab adventu diebus aegrotavit. Iunior Andronicus partim propter eius morbum, partim propter quoddam negotium prorsus necessarium ad urbes Thraciae excurrit, in quibus usque ad autumnum haesit, et initio Octobris, Indictione decima, Byzantium revertit. Nuptiis singulari et illustri apparata peractis,

γάμοις τὰ νενομισμένα τελεσθῆναι, καὶ Ἄνναν τὴν βασιλίδαν Δ. C. 1326
 βασιλεὺς ἔστειψεν ὁ ταύτης ἀνὴρ. μετὰ δὲ τὸ τὴν τῶν γαμη-
 λίων ἑορτὴν παραδραμεῖν τῶν μετὰ τῆς βασιλίδος ἐκ Σαβοΐας
 ἐλθόντων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν οἱ πολλοὶ μὲν εἰς τὴν οἰ-
 κείαν ἐπανῆλθον ἔμειναν δὲ μετ' αὐτῆς ὀλίγον τινὲς καὶ Ζαμ- D
 πέα μία τῶν γυναικῶν ἅμα τοῖς υἱέσι, φρονήσει τε ὑπερέχου-
 σα τὰς ἄλλας, καὶ βασιλικὸς οἶκος διὰ τε παιδείαν καὶ τὴν
 ἄλλην ἐπιτηδεϊότητα πρέπουσα ἐνδιατρίβειν. ἐκ μέντοι Σα-
 βοΐας οὐκ ὀλίγοι τῶν εὐπατριδῶν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀφικνού-
 10 ομενοι, ἐφ' ὅσον ἐβούλοντο συνῆσαν τῇ βασιλείᾳ, πολλῆς ἀξιού-
 μενοι φιλοφροσύνης. ἦσαν γὰρ δὴ οὐκ ἀνδρεῖοι μόνον καὶ V. 102
 τολμηταὶ κατὰ τὰς μάχας, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἐν ταῖς παιδιαῖς
 εὐφρεῖς συνεῖναι. κνηγεσίῳν καὶ γὰρ συμμετεῖχον τῇ βασι-
 λεῖ, καὶ τὴν λεγομένην τζουστρίαν καὶ τὰ τερνεμέντα αὐτοῖ
 15 πρῶτοι ἐδίδαξαν Ῥωμαίους οὐπω πρότερον περὶ τῶν τοιού-
 των εἰδότας οὐδέν. αὐτῶν δὲ ἀπερχομένων εἰς τὴν οἰκειαν
 ἕτεροι ὡσπερ ἐκ διαδοχῆς ἐφοίτων ὡς βασιλεῖα καὶ σχεδὸν ἐκ
 Σαβοΐας αἰετῇ νέῃ βασιλεῖ συνῆσαν τινες. οὕτω δὲ ὑπὸ φι- P. 127
 λοτιμίας περὶ τὰ τοιαῦτα ἐξησκήθησαν οὐκ ὀλίγοι Ῥωμαίων,
 20 μάλιστα δὲ πάντων ὁ βασιλεὺς, ὃς καὶ τοὺς διδάξαντας ὑπερ-
 ἔσχεν, ὡς μὴ τοὺς ἐκ Σαβοΐας μόνον τὴν ἤτιαν δόμολογεῖν,
 ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ Φράντζας καὶ Ἀλαμανίας καὶ Μπουργου-
 νίας, ἐν αἷς μάλιστα σπουδάζεται τὰ τοιαῦτα, τὴν τε τοῦ
 βασιλέως θανμάζειν εὐφύϊαν καὶ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παρ'

20. Ante καὶ addidi δς, a praecedenti syllaba absorptum.

Annam coniux eius ex more coronavit. Post serias nuptiales maxi-
 ma pars eorum, qui cum illa e Sabaudia venerant utriusque sexus,
 in patriam redierunt, paucis remanentibus, in quibus Zampea cum
 filiis, femina omnium prudentissima et ob eruditionem liberalem ce-
 teramque habilitatem imperatorum idonea contubernio. Ex nobili-
 tate Sabaudica complures quamdiu voluerunt apud imperatorem vi-
 xerunt, ab eoque perhumaniter habitati sunt. Erant quippe non so-
 lum viri fortes et bello intrepidi, sed praeterea ad iucunde collu-
 dendum natura accommodati. Proinde et cum imperatore venationes
 celebrabant, et hastiludium singulare et ludos equestres Romanos,
 ante id temporis penitus ignaros, primi docuerunt. Iis domum re-
 vertentibus, alii veluti successores indidem adveniebant, ac fere sem-
 per Sabaudi aliqui apud imperatorem erant. Sic porro honoris quodam
 desiderio plurimi Romanorum in his ludis excellere laborarunt, supra-
 que omnes imperator, qui et magistris palmam praeripiebat, ut non
 Sabaudi modo, sed et Franci, Alamani, Burgundi, apud quas gentes
 potissimum harum rerum studia vigent, hi, inquam, omnes, qui tum
 debebant Constantinopoli, victos sese faterentur, imperatoremque,

A.C. 1326 αὐτοῖς εὐδοκιμούντων κρείττω ὁμολογεῖν. μετὰ μέντοι τοῦς γάμους ὀλίγον τινα χρόνον τῇ Κωνσταντίνου ἐνδιατρίφας ὁ Βνέος βασιλεὺς, τῷ βασιλεῖ συνταξάμενος καὶ πάμπῳ, ἅμα τῇ βασιλίδι ἐξῆει Βυζαντίου, ὡς εἰς Διδυμότειχον ἀφιζόμενος. γενομένη δὲ ἐν χωρίῳ Μεγάλῃν προσαγορευομένην Καρύαν, 5 κατὰ τὸ τοῦ Αἰπῆκος λεγόμενον ὄρος, Πέρσας ἠγγέλθη πεζοὺς τὰ ἐκεῖ κατατρέχοντας χωρία δηοῦν. οἱ μὲν οὖν τῷ βασιλεῖ συνόντες στρατιῶται ἅμα ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἐχόμενοι, ὡς εἰχον, ἤγνον αὐτήν· βασιλεὺς δ' ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστικῷ καὶ τισιν εὐαριθμητοῖς ἑτέροις ὑπελίπετο κατοπιν, θηρεῶν ἅμαιο μεταξὺ τῆς ὁδοπορίας. ὡς δὲ ἡ ἐφοδος ἠγγέλθη τῶν βαρβάρων, πρὸς μὲν τοῦς στρατιώτας ἐπεμψε τὸν ἐροῦντα ἀναστρέφειν ὡς μαχουμένους τοῖς βαρβάροις. αὐτὸς δ' ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστικῷ δεῖν ἐγνωσαν μετὰ τῶν συνόντων ἐν οἷς ἐπίθοντο τοῦς Πέρσας εἶναι χωρίους γενέσθαι, ἐκατέρωθεν λογι-15 σάμενοι ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἔσσεσθαι, ἐὰν αὐτοὺς συμβῇ τοῖς βαρβάροις συντυχεῖν. ἐὰν τε γὰρ εὐεπιχείρητοι φανῶσι, ῥᾶον ἂν κατεργάσεσθαι τὸ ἔργον, ἐὰν τε ὑπερέχοντες φαίνονται πολὺ αὐτῶν ὡς μὴ ἀσφαλὲς εἶναι καθίστασθαι εἰς μάχην, μετὰ ἀδείας ἀπαλλάξεσθαι αὐτῶν ἐπιπποὶ ὄντες πεζῶν. προπέμ-20 ψαντες δὲ αὐτῶν τινας ὥστε τὰ ἔμπροσθεν σκοπεῖν, ἐβράδιζον αὐτοὶ κατοπιν ὀπλισμένοι. οἱ βάρβαροι δὲ τὰς μὲν τετριμμένας παντάπασι ἐξέκλιναν ὁδοὺς· δι' ἀβάτων δὲ χωρίων λόντες ὡς ἐπιδησόμενοι τισι τῶν αὐτόθι κατοικούντων, τοῦς μὲν σκο-25 πούς ἔλαθον παρελθόντας, ἐξαίφνης δὲ μῆτ' αὐτοὶ προῖδόν-

agnatam quandam in iis dexteritatem eius admirati, apud suos vel laudatissimis superiorem evasisse non negarent. Ceterum non multo post nuptias valedicens avo, cum Augusta Didymotichum profectus est. Cum venisset ad locum Magna Carya dictum, ad montem Lipeccis appellatum, didicit, Persas pedites vicinitatem hostiliter diripere. Milites igitur imperatorem sequentes, prima luce viam capessendo, ut poterant, pergebant, eo, quoniam cum magno domestico paucisque aliis ad feras simul ex itinere captandas declinaverat, a tergo relicto. Verum ubi de irruptione cognovit, ad pugnam cum barbaris ineundam eos revocavit, statueruntque ipse et magnus domesticus, oportere cum globo, quem haberent, eo, ubi Persas esse audiebant, occurrere; rati, utrovis modo se tutos fore. Sive namque invasu faciles reperirentur, opus nullo labore confectum iri: sive Romanis multo numerosiores viderentur, ut ad manus cum iis venire haud tutum esset, ipsos in equis impune Persis peditibus elahi posse. Itaque praemissis speculatoribus, armati sequebantur. At enim barbari trita itinera omnimodis fugientes per inviaque gradientes, ut in illorum locorum incolas involarent, et ab exploratoribus praeritit,

τες συνέμιξαν βασιλεῖ. γενομένης δὲ μάχης καρτερῶς, οἱ μὲν A.C. 1326
 βάρβαροι μαχόμενοι παραβόλως, ἔπεσον πάντες, οἱ βασιλικοὶ
 δὲ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι πλὴν ὀλίγων ἐτραυματίσθησαν πάντες,
 ἀπέθανε δὲ οὐδεὶς ἵππου· δὲ ἀπέβαλον πολλοὺς. ἐτρώθη δὲ
 5 καὶ ὁ βασιλεὺς τὸν πόδα διστιῶ, ὃ, τε ἵππος αὐτοῦ πληγεὶς
 ἐπτάκις, μετὰ μικρὸν ἀπέθανε τῆς μάχης. ὁ δὲ μέγας δομέ-
 στικός ὀλίγου ἐδέησε μαχόμενος πεσεῖν. περισχόντες γὰρ αὐ-
 τὸν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, τὸν μὲν ἵππον κατετραυμάτισαν
 ἐπὶ τοσοῦτον, ὥς μηκέτι δύνασθαι κινεῖσθαι· αὐτὸν δὲ δι-
 10 σοτοῖς τε καὶ κοντοῖς καὶ λίθοις ἐπληξαν πολλάκις. οὐδὲν δὲ
 αὐτῶν ἠδυνήθη καθικέσθαι, τῶν ὀπλων ἀντισχόντων, καί-
 τοι γε τῶν μηρῶν καὶ βραχιόνων ὄντων γυμνῶν· τὸν τε πα- P. 128
 ρὰ τὴν ζώνην ἀκινάκην ἤρπασαν αὐτοῦ, καὶ τὰ τῶν ἱματίων
 ἄκρα διέρρηξαν τοῖς ἔλκυσμοῖς, αὐτὸς δὲ παραδόξως ἀμυνο-
 15 μενος διεσώθη, μηδὲ τραυματισθεὶς. μετὰ τε τὴν νίκην πολ-
 λούς ἔλεγεν ἀγῶνας καὶ μεγάλους ἐκ παιδικῆς ἡλικίας διηρυ-
 κέναι, οὐδὲ ἄπαξ δὲ ἐν χρῶ κινδύνου παρὰ τοσοῦτον γεγενῆ- V. 103
 σθαι. οὕτω μὲν οὖν οἱ βάρβαροι πάντες ἔπεσον παρὰ τὴν μά-
 χην. ὁ βασιλεὺς δὲ εἰς Λιδυμότειχον ἐλθὼν, πονήρως ἀπὸ τοῦ
 20 τραύματος ἐπὶ πολὺν διετέθη χρόνον. περὶ δὲ συγκομιδῆν τοῦ Β
 σίτου μάλιστα τοῦ αὐτοῦ ἔτους ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς Μι-
 χαὴλ τῷ νέφ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ ἠθέλησε συγγεσέσθαι. τῷ δὲ
 τοῦτο μὲν οὐκ ἦν καθ' ἠδονὴν διὰ τὸ τὸν πόδα ἔτι ἀπὸ τοῦ
 τραύματος ἀλγεῖν, ὅμως μέντοι τῷ βασιλεῖ καὶ πάμπαν τὰ τοῦ

7. Legebatur ὀλίγον.

subito ac praeter opinionem suam in imperatorem incidunt. Pugna-
 tur summa vi: barbari temere et confuse dimicantes, ad unum omnes
 cadunt, imperatorii ipsique et equi, paucis demptis, vulnerantur
 omnes, nullus occumbit, equos multos amittunt. Imperator quoque
 in pede sagitta igitur, cuius equus septenis confoassus vulneribus,
 secundum pugnam interiit. Magnus domesticus parum absuit, quin
 eodem proelio oppeteret. Barbari enim cum frequentes eum circum-
 dedissent, sic eius equum consauciarant, ut movere se amplius ne-
 quiret: sessorem vero telis, contis et lapidibus crebris feriebant: sed
 armis omnia sustinentibus, nihil eorum quamvis et femora et bra-
 chia nudum laesit: acinacem modo a cingulo pendentem ei abstu-
 lerunt, vestiumque oras huc illuc raptando dilacerarunt: ipse dum
 se strenue defendit, absque ullo vulnere admirabiliter servatus est.
 Parta victoria, multis et magnis ab adolescentulo certaminibus se
 perfunctum narravit, sed nunquam tam prope ab exitio abfuisse.
 Sic barbari omnes periere. Imperator Didymotichi ex vulnere diu
 laboravit. Eodem anno, frugum condandarum tempore, Michael
 Moesorum rex Andronicum iuniorem visere voluit, cui adhuc pedem
 propter vulnus dolenti id parum amicum accidit: et avam super ea

A.C. 1326 πράγματος ἀναθεῖς, ἐπεὶ ἐπέτρεπεν ἐκεῖνος, εἰς Τζερνομιάνους ἅμα γυναικὶ ἐλθόντι τῷ Μιχαήλ, συνεγένετό τε καὶ συνδιέτριψεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς ἐφ' ἡμέραις ὅκτω· συνησθέντες δὲ ἀλλήλοις οἱ βασιλεῖς, μετὰ τοῦτο διελύθησαν ἐκάτερος ἐπ' οἶκον. εἰς Διδυμότειχον δὲ Ἀνδρόνικος ὁ βασιλεὺς ἐλθὼν, 5
 C παρὰ τῶν ἐν Βυζαντίῳ φίλων εὗρεν ἄγγελον ἀφιγμένον, ὅτι βασιλεὺς ὁ πρεσβύτερος ἀπὸ τινῶν τεκμηρίων καὶ λόγων εὐδελῆς ἐστὶ πολεμησείων, ἀπαγγέλλοντα πρὸς αὐτόν. ὅπερ ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ἐξεπέληκτο μὲν εὐθύς τὴν ἀτοπίαν τῆς ἀγγελίας, ἠπίσθησεν δὲ ὅμως. τοῖς δὲ φίλοις ἐκέλευεν ἀπαγα- 10
 γέλλειν, ὡς αὐτὸς μὲν πολλὴν ἂν αὐτοῖς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας εἰδείη χάριν, διὰ δὲ τὸ σφόδρα μὴ βούλεσθαι τὰ τοιαῦτα τοῖς λεγομένοις ἀπιστεῖν· δέον δὲ αὐτοῦς πᾶν φιλοῦντας ἀκριβεστάτῃ βασιάνῃ τὸ πρᾶγμα δοῦναι, καὶ ὅ, τι ἂν φανῆ σαφὲς ἀπαγγέλλειν. τοῖς μὲν οὖν ἐν Βυζαντίῳ φίλοις ὁ βασιλεὺς ἐπέ- 15
 σκηπτε τοιαῦτα. ἅμα δὲ δομestikῶ τῇ μεγάλῃ καὶ πρωτοστράτορι συνελθόντες, ἀνηρεύνων, εἴ τι συνειδεῖεν ἑαυτοῖς ἄξιον πολέμου εἰργασμένοις, ὃ καὶ τὸν βασιλέα τὴν εἰρήνην ἂν πείσειε καταλύσαι· πολλά τε καὶ πολλάκις τὸν ἄχρι τότε χρόνον ἐξετάσαντες ἀπὸ τῶν σπονδῶν, τῷ βασιλεὶ μὴ οὐτ' ἐκ προ- 20
 φανοῦς, οὐτ' ἐξ ἀδήλου προφάσεως εὕρισκον προσκεκρουμέναι· φήθησαν δὲ ὅμως ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας ἐνδέχεσθαι πρόφασιν τὸν πόλεμον ἂν σχεῖν.

P. 129 μγ'. Τῷ πρώτῳ βεβασιλευκότῃ Ῥωμαίων Παλαιολόγῳ τῷ Μιχαήλ ἄρῶνες τρεῖς γεγέννηται παῖδες, οὗτός τε ὁ μετ' αὐ- 25

re certiozem fecit. Avus id ad eius arbitrium reiecit. Michael cum coniuge Tzernomianum venit: ibi dies octo cum ipsis imperator versatus est. Inde post mutuam hilaritatem laetitiamque digressis, imperator Didymotichi nuntium ab amicis Byzantio missum invenit, avum, quod e quibusdam indicibus et sermonibus eius liceret colligere, bellum ei moturum. Qua rei novitate statim obstupescens, credere distulit amicisque renuntiari iussit, se illis de benevolentia magnas habere gratias; dictis ideo fidem non tribuere, quod ea, quae dicerentur, vehementer nollet. Decere ipsos, ut amicissimos, rem accuratissime indagare quodque haud dubie verum comperissent, super eo monere. Haec ille amicis Byzantium. Congressi deinde ipsi, magnus domesticus et protostrator, scrutabantur, si culpam commeruisse aliquam, quae avum, rupta pace, ad bellum iure provocaret. Post longam et crebram inquisitionem usque a foedere composito ad illum diem nec aperta, nec occulta occasione se eius iram meruisse inveniebant. Existimabant nihilo minus a tali causa bellum nasci posse.

43. Michaeli primo Romanorum imperatori Palaeologo fuerunt filii nati tres, Andronicus iste, qui post parentem imperavit, Con-

τὸν βασιλευκῶς Ἀνδρόνικος καὶ Κωνσταντίνος ὁ ἐπ' τῇ πορ- A.C. 1326
 φύρα τεχθεὶς καὶ Θεόδωρος τρίτος, καὶ θυγατέρες τοσαῦται.
 τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἄλλοι γεγέννηται παῖδες, καθάπερ ἐν ἀρ-
 χῇ τῆς ἱστορίας ἐδήλωσε φθάσας ὁ λόγος, τῷ πορφυρογεννήτῳ
 5 δὲ Κωνσταντίνῳ ὁ Παλαιολόγος Ἰωάννης μονογενῆς γεγέννηται
 παῖς· ὃ Μετοχίτης ὁ μέγας λογοθέτης ἐξέδωκε τὴν θυγατέ-
 ρα Εἰρήνην πρὸς γάμον, τῇ τοῦ πανυπερσεβάστου πρὸς τοῦ
 Θεοῦ καὶ βασιλέως ἀξίᾳ τετιμημένην. οὗτος δὲ ὁ πανυπερσε-
 βάστος οὐχ ἄπαξ, ἀλλὰ καὶ δις καὶ τρις Θεσσαλονίκης τε καὶ
 10 τῶν ἄλλων ἐσπερίων πόλεων ἐπιτροπεύσας, τὰ τε ἄλλα διῶκει B
 ἢ αὐτῷ ἐδόκει ἄριστα εἶναι, καὶ τῷ τῶν Τριβαλῶν ἄρχοντι V. 104
 Στεπάνῳ τῷ Κράλῃ Μαρίαν τὴν αὐτοῦ κατηγγύησε θυγατέρα-
 οῦ δὲ γενομένου, νοῦν ἔσχε τῷ τῶν Τριβαλῶν ἄρχοντι προσ-
 χωρῆσαι ὄντι κηδεστῇ, ὡς ἂν τῇ ἐκείνου δυνάμει χρώμενος
 15 συμμαχοῦντος, ὧν ἐπετρόπευε πόλεων ὅσας ἂν οἶόν τε ἦ
 φρουραῖς κατὰσχόν καὶ ἰδιοποιήσιμος, ἰδίαν ἐαυτῷ κατα-
 στήσῃ δυναστείαν, ἀποστήσας βασιλείως. ὁ μὲν οὖν τοιαῦτά
 τε διενοεῖτο καὶ εἰς ἔργον ἐξῆγε, καὶ πανοικεσία μὲν ἐχώρησε
 πρὸς Τριβαλοὺς, καταπράξασθαι δὲ ἴσχυσεν ὧν ἤλπισεν οὐ-
 20 δέν. αἱ γὰρ ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι πόλεις τὴν ἀποστασίαν συνεῖσαι, C
 οἷα δὲ ἐχρῶντο πολεμίῳ. ἐκ τῆς τοιαύτης δὲ αἰτίας ταραχῆς
 οὐ φαύλης τιδὸς αἱ κατὰ τὴν ἐσπέραν ἐνεπλήσθησαν πόλεις.
 ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τῶν τοῦ μεγάλου λογοθέτου
 οἰῶν Δημήτριος μὲν ὁ Ἄγγελος Στρομβίτιζης ἐπιτροπος ἦν,

3. Hinc patet, historiae huius primum caput assignari debuisse ad haec verba epistolae Christoduli p. 4. Ὁ βασιλεὺς τοῖνον Ἀλέξ-
 ἰδς, ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Ἄγγελος etc. ED. P. 12. Ita apud Tribal-
 los dicebatur Στεφανος. ED. P.

stantinus Porphyrogenitus et Theodorus, ac filiae item tres. Alii igitur alii fuere liberi, id quod in vestibulo huius historiae demonstratum est. Porphyrogenitus Ioannem habuit unigenam, cui Metochites magnus logotheta Irenen filiam matrimonio coniunxit: eundem imperator patrus panhypersebasti dignitate cohonestaverat. Hic panhypersebastus etiam tertium Thessalonicae aliarumque urbium occidentalium praefecturam gerens, tum alia constituit, ut unumquodque rectissimum censuit, tum Stephano Cratae Triballorum principi Mariam filiam uxorem dedit. Quo facto ad generum se adiungere decrevit, cuius viribus adiutus, quotquot posset urbibus ad suam praefecturam pertinentibus praesidia imponderet: et illis sub potestatem subiectis, ab imperatore desciscens, peculiarem sibi dominatum compararet. Talia meditabatur et iam ad rem conferre occipiebat: cum tota quippe domo ad Triballos transierat; sed eventus spem destituit. Nam omnes urbes, quibus praeerat, defectione eius intellecta, hostis eum loco habuerunt. Ex huiusmodi igitur causa

Cantacuzenus.

14

- A. C. 1326 *Μιχαὴλ δὲ ὁ Λάσκαρις, Μελενίκου, πόλεων Μακεδονικῶν· οἱ δὲ γυναικὸς ἀδελφοὶ ὄντες τοῦ παννυπερσεβιάστου, γράμματα πέμπουσι πρὸς τε ἐκεῖνον καὶ τὴν ἀδελφὴν, προφανῶς μὲν αὐτῶν ἀποστασίαν οὐ κατηγοροῦντα, πρόφρασιν μέντοι οὐκ ἀγεννῆ τινα παρεχομενα ὑποψίας. λέξωσιν τε γὰρ εὐπόρουσιν ἀμ-5 φιβόλων, καὶ φιλίας ἀνεμίμησκον ἀρχαίας καὶ συνδιατρι-
 D βῆς, καὶ τοῦ δεῖν ἀλλήλοις εὐνοεῖν ἄλλων τε ἕνεκα πλειόνων καὶ μάλιστα τῶν ἐκ τῆς συγγενείας ἐνεχύρων. τοὺς τὰ τοιαῦ-
 P. 130 τα τοίνυν γράμματα κομίζοντας στρατιῶται συλλαβόντες κατὰ τὴν ὁδὸν, οἱ ἦσαν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο τεταγμένοι φυλάττειν 10 τὰς ὁδοὺς τοῦ πρὸς τὸν παννυπερσεβιάστον ἕνεκα πολέμου, καὶ τὰ γράμματα ἀφελόμενοι, πρὸς μὲν Βυζάντιον ὡς βασιλέα τὸν πρεσβύτερον τὰ γράμματα κομίσαι οὐκ ἔγνωσαν δεῖν, τὸν μέγαν λογοθέτην τὰ μέγιστα παρὰ βασιλεῖ δύναμενον δε-
 δοικότες, εἰς Διδυμότειχον δὲ ἦλθον φέροντες τῷ νέῳ βασιλεῖ. 15 ἐπαινέσας δὲ αὐτοὺς τῆς συνέσεως καὶ εὐβουλίας, ἀπέλυσεν εἰ ποιήσας ὁ βασιλεὺς. τὰ μέντοι γράμματα εἰς Βυζάντιον τῷ μεγάλῳ πέμψας λογοθέτῃ, παρῆνει τε καὶ συνεβουλευέτο
 Βαυτὰ φιλικῶς, ὡς τὰ μὲν γράμματα ταυτὶ τῷ κηδεστῇ πέμ-
 ψειαν οἱ υἱοὶ γέμοντα πολλῆς ὑποψίας, αὐτὸν δὲ ἐκείνων τε 20 ὄντα πατέρα καὶ τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ τὴν δυνατὴν ἀφρέλειαν ὀφείλοντα εἰσφέρειν, οἷα τῶν κατ' αὐτὴν πραγμάτων δι' αὐτοῦ διοικουμένων, χρεῶν ἐκείνους τε ἀπαθεῖς κακῶν τηρεῖν καὶ τὴν προσδοκωμένην ἀπ' αὐτῶν προαναστέλλειν βλάβην. τοῦτο*

occidentis oppida non mediocriter perturbata sunt. Sub idem tempus e filiis magni logothetae Demetrius, cognomento Angelus, Strumbitzae, Michael vero Lascaris Melenico Macedoniae civitatibus praesidebant. Hi fratres uxoris panhypersebasti litteras ad eum sororemque mittunt, quibus illorum defectio non quidem aperte arguebatur, occasio tamen suspicandi non levis praebatur. Erant siquidem resertae verbis ambiguus, veterisque amicitiae et consuetudinis memoriam refricabant; ac de mutua benevolentia praestanda admonebant, cum aliis pluribus de causis, tum ob vinculum affinitatis videlicet. Milites propter bellum cum panhypersebasto viis custodiendis praepositi, tabellarios intercipiunt, litteras auferunt, nec tamen ad imperatorem senem perferre audent, quod a magno logotheta, qui apud eum plurimum valebat, metuerent. Ergo Didymotichi iuniori eas reddunt: quos ille, ut debuit, tamquam prudentes et consultos laudavit ac dimisit. Epistolam vero Byzantium ad magnum logothetam transmittens, amice monuit ac suavit, ut quoniam filii eius has litteras suspiciosissimas ad affinem portandas dedissent, ipse tamquam eorum parens, omniaque summa officia rei publicae Romanae debens, (quando per eum eius res administrarentur,) et illis a malo caveret, et imminente huic detrimento mature obviam iret. Id effici posse,

δὲ γένοιτ' ἂν, εἰ αὐτοὺς μὲν τοῦ τῶν πόλεων ἐκείνων ἄρχειν Α. C. 1326
 ἀποστήσας, ἑτέρους ἀνυπόπτους ἐπιστήσει, αὐτοῖς δὲ ἑτέρας
 ἀρχάς ἢ ἂν αὐτῷ δοκῆ λυσιτελεῖν ἐγχειρίσει. „ἔμοι μὲν οὖν οὐκ
 ἀγαθὸν ἔδοξεν” εἶπε „τῷ βασιλεῖ τὰ τοιαῦτα γράμματα ποιῆσαι
 5 δῆλα, ἀλλὰ μόνῳ σοί, ὡς ἂν, συνετὸς ὢν, τὰ τε δέοντα ὑπὲρ τῶν
 κοινῶν οἰκονομήσης πραγμάτων καὶ τοῖς παισὶ τὰ λυσιτελοῦν-
 τα.” βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα τῷ μεγάλῳ συνεβούλευε λογο-
 10 θέτη· ὁ δὲ, πείθεσθαι τε δέον καὶ χάριτας τῆς τῶν υἱῶν κη-
 δεμονίας ὁμολογεῖν, τοῦναντίον ἐποίει πᾶν. τραχέως γὰρ ἀπο-
 κρινάμενος καὶ σκληρῶς, ἐπὶ τέλει προσέθηκε καὶ τοῦτο, ὡς
 καὶ τοῖς ὄνοις ἢ παροιμία δίδωσι τὸν ζέοντα ἀντιζέειν. ταύτην
 μὲν οὖν ἑαυτοὺς ἀνερευνῶντες ὑπενόουν αἰτίαν εἰς τὸ πολε-
 μεῖσθαι παρεσχημένους, τὸν μέγαν ὑπολογίζομενοι παροξυν-
 15 θέντα διὰ ταῦτα λογοθέτην εἰς τὸ πολεμεῖν παρακαλέσαι τὸν
 βασιλέα· σιγῆς μέντοι εἶχον οὐδὲν εἰδέναι. ἄξιον δὲ καὶ
 οὐκ εὐεργεσίας πρὸς τε λογοθέτην τὸν μέγαν καὶ πρὸς τὸν D
 πρωτοβεστιάριον Ἀνδρόνικον τὸν Παλαιολόγον, τοὺς τοῦ τρί- V. 105
 του τουτουὶ πολέμου μάλιστα αἰτιωτάτους γεγενημένους, βα-
 σιλεὺς ὁ νέος ὑπῆρξε, διηγῆσθαι διὰ βραχέων, ὡς ἂν πρὸς
 20 ὄλον ἠγνωμόνον εἰδείμεν εὐεργέτην. ὁ γὰρ πρωτοβεστιά-
 ριος οὐτὸς Παιολόγος Ἀνδρόνικος, τῆς τοῦ πρεσβυτέρου
 βασιλέως Ἀνδρόνικου πατρὸς ὢν ἀδελφῆς τῆς Ἄννης, ἣ συνή-
 κει Μιχαὴλ τῷ δουκὶ τῶν Πάτρας ἀρχόντων ἐνὲ καὶ τῆς
 κατ' αὐτὴν Θεσσαλίας, ἐκ τινος διαφορᾶς πρὸς τὸν μέγαν
 25 λογοθέτην ἀπεχθῶς διατεθεὶς, πρὸς τὸν νέον βασιλέα ἐλ-

ai iis, ab earum urbium procuratione avocatis, alias praefecturas
 ut expedire videbitur committat, et nunc alios non suspectos surro-
 get. Sibi visum, has litteras imperatori exhiberi non expedire: sed
 ipsi patri duntaxat, ut cum prudentia praestet, quae rei publicae
 rationes postulent, ea provideat atque administret, et filiorum salutē
 det operam. Istaec imperator iunior magno logothetae suasit; quem
 cum auscultare ac pro filiorum sollicitudine gratias agere oportuisset,
 omnino secus egit: aspere enim et acerbè respondens, in extremo adiecit
 etiam hoc: Iuxta proverbium licere et asellis mutuum scabere. Hanc
 itaque, in semet inquirentes, causam bello renovando se attulisse
 suspicabantur; reputantes, hinc irritatum magnum logothetam, im-
 peratorem ad arma sollicitasse: nihil tamen certum scire poterant.
 Operae pretium est porro paucis attingere, quae beneficia iunior im-
 perator in Andronicum Palaeologum protovestiarius et in magnum
 logothetam longe praecipuos huius tertii belli auctores ultro contulerit:
 ut in qualem quantumque bene merentem ingrati extiterint, cog-
 noscere possimus. Protovestiarius matrem habuit Annam sororem
 Andronici senioris, quae Michaeli duci, cui ex principibus Patrae
 et Thessaliae circumiectae, nupsit; qui nescio ob quam controversiam

A.C. 1326 θῶν πολλά τε καὶ ἄκρομα διεξήκει κατ' αὐτοῦ, καὶ τελευ-
 ταῖον προσετίθει, ὡς ἤδη πρὸς τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν ἀπει-
 ρηκῶς, βούλοισ' ἂν αὐτὸν συγκόπτειν πολλαῖς ταῖς πληγαῖς,
 P. 131 καὶν δέη διὰ τοῦτο καὶ ἀποθνήσκειν δι' ὃ καὶ ἀμύνειν αὐτῷ,
 εἴ τι μετὰ ταῦτα διὰ τὸ τόλμημα ἐποίο δεινὸν, εἶδετο. ἀκού-5
 σας δὲ ὁ βασιλεὺς, λόγοις τε πολλοῖς καὶ παραινέσεσι τὸν
 πρωτοβεστιάριον ἀπάγειν τοῦ τολμήματος ἐπεχειρεῖ. ὡς δὲ
 οὐκ ἐπειθε, καὶ διαθήσειν ἠπειλησε τὰ χαλεπώτατα, εἰ μὴ
 παύσοιτο τοιοῦτοις ἐπιχειρῶν. ἔφη γὰρ, εἰ μὲν πρὶν μηδὲν
 πρὸς αὐτὸν τοιοῦτον εἰπεῖν τι εἰργάζετο τῶν ἀτόπων, δεινόνιο
 μὲν ἂν ἦν, οὐδὲν δὲ αὐτῷ διαφέρειν ἐπειδὴ δὲ αὐτῷ φανε-
 ρὰν κατέστησε τὴν γνώμην, ἀδύνατον εἰς ἔργον τὴν βουλήν
 Βπροαγαγεῖν. τὴν γὰρ εἰς τὸν μέγαν λογοθέτην παροιμίαν, διου-
 κητὴν τῶν βασιλέως ὄντα πραγμάτων, εἰς ἐκείνον ἄγειν τὴν
 ὄβριον, ἢ μὴ δέον αὐτὸν συγχωρεῖν. τούτοις μὲν ὃν ὁ πρω-15
 τοβεστιάριος ἐπειθετο δείσας, καὶ ἀπέσχετο τοῦ τὸν μέγαν λο-
 γοθέτην τὰ αἰσχίστα διαθεῖναι. ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις
 βασιλεὺς ὁ πρεσβύτερος, εἴτ' ἐκ διαβολῆς εἴτε καὶ ἄλλως,
 τοσοῦτον ἐξώργιστο κατὰ πρωτοβεστιάριον, ὡς καὶ εἰρᾶαι θε-
 λῆσαι πέμψας τοιγαροῦν πρὸς βασιλέα τὸν νέον τὸν μέγαν20
 λογοθέτην, ἄλλα τε πολλὰ τοῦ πρωτοβεστιάριον κατηγόρει,
 καὶ ὅτι λοιδορούμενος αὐτὸν οὐ παύεται καὶ διασύρων, δι' ἃ
 C δὴ καὶ μόνον δίκαιος εἶναι τὴν ἐσχάτην δοῦναι δίκην οὐ
 ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀποστασίαν ἀπ' αὐτῶν ἐνοεῖ.

magnum logothetam exosus, apud imperatorem iuniorem multa ad-
 versus illum confusius effudit cum hac clausula, se iam eius odio
 fessum, velle hominem plagis multis concidere, etiamsi propterea
 sibi moriendum sit. Quare cum rogabat, ut si propter tam audax
 facinus quippiam gravius sibi impenderet, opem afferret. Imperator
 longo sermone admonitus a tam praecipiti consilio abducere nite-
 batur. Cum surdo loqueretur, inclementissime illum se accepturum
 minatus est, nisi tali conatu desisteret. Et addebat: Si me celasses
 et interim vetitum aliquid in ipsum designasses, grave id qui-
 dem fuisset, mea autem nihil retulisset: at iam quia mentem tuam
 mihi aperuisti, quae vis opere compleri neutiquam possunt. Quod
 enim in magnum logothetam imperatoris avi vicarium petulantius
 committetur, id illum contumelia afficit, quod quidem mihi patiun-
 dum non est. His commotus protovestiarius, timuit et in magnum
 logothetam exemplum pessimum moliri cessavit. Paucis diebus in-
 termissis, senior imperator an calumnia, an alia ratione inductus,
 sic in protovestiarium exarsit, ut eum in carcerem compingere cogita-
 ret. Mittit igitur magnum logothetam ad nepotem, et hominem cum
 de aliis criminibus multis accusat, tum quod sibi maledica lingua
 obtractare non desinat: ob quae sola extremum supplicium merea-

τούτων οὖν ἕνεκα πάντων εἰς δεσμοστήριον αὐτὸν ἐμβαλεῖν A.C. 1326
 δέον εἶναι οἰηθεῖς, καὶ αὐτῷ τὴν γνώμην δηλοῦν, ὡς ἂν εἰ-
 δεῖη τε καὶ αὐτὸς ἅμα καὶ συνεπιλαμβάνοιτο πρὸς τὸ ἔργον.
 πρὸς ταῦθ' ὁ νέος ἀπεκρίνατο βασιλεὺς τοιαῦτα· „θειότατε
 5 βασιλεῦ, τὸ μὲν πρωτοβεστιάριον τὸν ἐμὸν θεῖον ἀκόλαστον
 τε εἶναι περὶ τὴν γλώτταν καὶ πρὸς λοιδορίας εὐχερῆ, καὶ
 αὐτὸς συνομολογήσαιμι ἄν· διὸ καὶ αὐτὸς συνεπιψηφίζομαι
 τιμωρίας ἄξιον εἶναι τῆς προσηκούσης. τοὺς γὰρ ἐπιφανεστέ-
 ρους μᾶλλον τῶν ἀνδρῶν καὶ προσήκοντας βασιλεῦσι τὰ τε D
 10 ἄλλα συνετούς καὶ κοσμίους εἶναι δεῖ καὶ πρὸς πάσαν ἀρε-
 τῆς ἰδέαν ἐπιτηδεύουσιν καὶ τὴν γλώτταν πρὸ γὰρ τῶν ἄλλων
 εὐφρόνους, οἷα δὴ τοῖς ὑποδεεστέροις ὡς τινα παραδείγματα
 κοινὰ καὶ τύπους κειμένους, πρὸς οὓς ὄρωντες οἱ πολλοί, ἔν-
 θυμιζοῦντ' ἂν πρὸς τὸ βέλτιον. ἀποστασίαν μένοι οὐτ' αὐτὸς
 15 κατέγγων αὐτοῦ ποτε, οὔτε κατ' ἄλλον σαφῶς ἀκήκου εἰδότος·
 οὐδὲ δὴ δίκαιον λόγους ἁμαρτόντα ἔργῳ τὴν κόλασιν ὑποσχεῖν,
 ἀλλὰ μᾶλλον ἐφ' οἷς ἤμαρτε τυχόντα συγγνώμης, λόγοις σω-
 φρονίζειν τοῦ λοιποῦ καὶ ἀπειλεῖν, εἰ μὴ παύοιτο τοιαῦτα
 ἁμαρτάνων, ὡς καὶ ὧν ἀφίεται νῦν ὁμοῦ πάντων ἐν τῷ τότε
 20 ὑπέξοντα τὰς δίκας” οὕτω γὰρ πρωτοβεστιάριον τε ἂν σω-P.132
 φρονέστερον γενέσθαι, αὐτὸν τε οὐ ζημιώσεσθαι ἄνδρα τῶν
 ἐπιφανῶν καὶ κατ' αἷμα προσήκόντων. τοιαῦτα συμβουλευσὼν
 εἶδετο πείθεσθαι καὶ τὴν ὀργὴν πρωτοβεστιαρίῳ ὑφείναι. εἰ

tur; praeterea quod ab ipsis deficere meditetur. Ob haec existimare
 se, illum coniciendum in custodiam: et hanc sententiam suam ipsi
 indicare voluisse, ut pariter sciret seque ad eum comprimendum
 adiuvaret. Nepos ita respondit, se quoque protovestiarium magnae
 amittae suae filium intemperanti lingua et ad convitia facilem esse,
 libenter confiteri: quocirca et suo iudicio poenae commeritate subii-
 ciendum. Etenim ceteris illustriores et imperatoribus cognatione de-
 vincitos, inquit, etiam prudentes ac modestos et ad omne genus vir-
 tutis habiles et lingua prae aliis bene ominata esse concedet, in-
 ferioribus velut communia quaedam exemplaria formasque propo-
 sitos, in quas plebeii intuentes, vitam ac mores suos quasi ad cer-
 tos numeros componant. Verumtamen defectionem illum agitare ani-
 mo, neque ego unquam iudicavi, neque ab alio, cui id constaret,
 audivi. Non itaque iustum est, qui verbis duntaxat peccavit, eum
 rebus poenam luere: immo potius erratorum veniam dare et verbis
 in viam reducere eum oportere. Minae quoque intentandae, nisi
 talibus modum fecerit, simul omnium, etiam quae nunc illi di-
 mittuntur, in futuro supplicia subiturum. Sic protovestiarium
 probiorem fore, et virum nobilitate conspicuum ac sanguine impera-
 tori coniunctum haud male multatum iri. Hoc consilium nepos da-
 bat, et ut audiretur iraque poneretur rogabat. Sin ad veniam in-

A.C. 1326 δ' ἄρα ἀνευδότης ἔχει καὶ μὴ βούλοιο συγγνώμης ἄξιον,
 V. 106 κύριον ὄντα πάντων ὃ, τι ἂν ἐθέλῃ ἐξεῖναι ἔλεγε ποιεῖν. συν-
 ἦρατο δ' ἂν καὶ αὐτὸς πρὸς τὸ τιμωρήσασθαι τὸν ὑβριστὴν,
 εἶγε ἐνδεῶ τῆς δυνάμεως ἑώρα τὴν βούλησιν κεκτημένον ἐπεί
 δὲ ὅσα ἂν ἦ βουλομένη καὶ δυνατὸς ἐστί καταπράξασθαι,⁵
 B περαινέτω τὴν βουλήν. Ταῦτα τοῦ μεγάλου λογοθέτου πρὸς
 βασιλέα τὸν πρεσβύτερον ἀπαγγειλαντος, εἴτε τοῖς βεβουλευ-
 μένοις ὡς λυσιτελείαν ὁ βασιλεὺς πεισθεῖς, εἴτε τὴν ταῦ νέου
 καλοκάγαθίαν αἰδεσθεῖς, τοῦ κακῶς ποιεῖν τὸν πρωτοβεστιά-
 ριον ἀπέστη. οὕτω μὲν ἀμφοτέροις ὁ νέος βασιλεὺς, τῷ μὲν 10
 τοῦ μὴ πληγαῖς πρὸς τῷ ἀτιμασθῆναι συγκοπῆναι, τῷ δὲ τοῦ
 μὴ διὰ βίον δεσποτήριον οἰκεῖν, αἰτιώτατος ἐγεγόνει. αὐτοὶ
 δὲ μετὰ μικρὸν ἐκ τοῦ ἄκρω ἐκπεπολεμῶσθαι εἰς φιλίαν συν-
 ελθόντες καὶ ὄρκους ἐμπεδώσαντες ἀλλήλους ἢ μὴν φρονήσειν
 ταῦτά, πρὸς τὸν κατὰ τοῦ νέου βασιλέως πόλεμον αὐτοὶ 15
 C ἐξηρτύοντο καὶ τὸν βασιλέα παρεκάλουν, ἀπάταις χρώμενοι
 καὶ διαβολαῖς καὶ τῆς εὐεργεσίας ἀπεδίδοσαν χάριν τὸ μέχρι
 θανάτου πολεμεῖν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὕτω βασιλεὺς δὲ ὁ πρε-
 σβύτερος τὸν πρωτοβεστιάριον ἄρχοντα καταστήσας Βαλυγρά-
 δων, προσηνώς τε καὶ ἡμέρωσ ὀμιλήσας καὶ πολλὰ ἐπαγγει- 20
 λόμενος εὖ ποιήσειν, ἐξέπεμψεν, ὅσων ἂν δέοι πρὸς τὸν πό-
 λεμον εἶναι παρεσκευασμένον παραγγείλας, ὡς ἅμα τῷ δέξα-
 σθαι γράμματα παρ' αὐτοῦ βασιλεῖ τῷ νέῳ τὴν ἐκ τῆς ἐσπέ-

4. Sic scripsi ex coniectura Intpr., cum antea esset ἐνδεῶ τῆς
 βουλήσεως ἑώρα τὴν δύναμιν κεκτημένον.

exorabilis maneret, ipsi ut rerum omnium domino licere facere quod
 liberet. Se quoque ad iniuriosum illum puniendum adiutorem esse
 voluisse, si videret deesse facultatem ei, cui voluntas non deesset.
 Nunc quia quaecunque vellet, praestare posset, faceret quod vellet.
 Haec postquam magnus logotheta seni renuntiavit, ille sive eo con-
 silio tanquam utili persuasus, sive nepotis probitatem reveritus, in
 protovestiarium animadvertere supersedit. Ita iunior imperator uni
 maxime profuit, ne cum infamia verberibus contunderetur, alteri, ne
 aeternis vinculis mandaretur: qui non diu post ex infestissimis odiis
 in gratiam redierunt. Cumque ad idem sentiendum iusiurandum con-
 firmationis ergo adhibuissent, ipsi bellum instruxerunt dolisque et ca-
 lumniis senem incenderunt, et beneficia bene meritum usque ad mor-
 tem oppugnando pensaverunt. Atque hi quidem ita se gesserunt. Im-
 perator avus protovestiarium Balagradorum praesidem creavit, beni-
 gne tractatum cum multorum beneficiorum pollicitatione emisit: cum
 praecipisset, ut quibuscunque ad bellum opus esset parata haberet,
 quo statim atque a se litteras accepisset, ex occidente copias
 in nepotem duceret. Cui scriptum est ab amicis Byzantio, avum
 propalam bellum adornare. Quamobrem ei et magno domestico, nec

ρας ἐπάξων στρατιῶν. ἀπὸ δὲ Βυζαντίου πρὸς τὸν νέον Ἄν- A.C. 1326
 δρόνικον ἦγον γράμματα παρὰ τῶν φίλων, σαφῶς ἀπαγγέλλον-
 τα, τὸν πρεσβύτερον βασιλέα πρὸς τὸν πόλεμον παρασκευάζε- D
 σθαι. διὸ καὶ ἐδόκει δεῖν αὐτῷ ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ
 5 πρωτοστράτορι βουλευτέα εἶναι περὶ τοῦ πολέμου. βουλευσα-
 μένοις δὲ μεγαλοψυχίᾳ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων πολέμων
 ἐδόκει χρῆσθαι καὶ μὴ προεξανίστασθαι, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῶν
 πραγμάτων ἔλεγχον περιμένειν, ἅμα καὶ ἐλπίζοντες περιγενήσε-
 σθαι τοῦ πολέμου, ἀμύνοντος αὐτοῖς καὶ τοῦ θεοῦ παρασπον-
 10 οδουμένοις· αὐτοὶ γὰρ οὔτε λόγῳ αἰτίαν παρασχεῖν τοῦ λελύ-
 σθαι τὰς σπονδίας. πείρας δὲ χάριν ἐδόκει πρὸς Βυζάντιον
 ἀπελθεῖν ὡς ἡ φανεροῦ γενησομένου ἅμα τῷ αὐτοῦ ἀφικέ-
 σθαι τοῦ πολέμου ἢ διαλυθησομένου, τῶν κινούντων καταπλη-
 ξάντων. βασιλεὶ πᾶν οὖν τῷ νέῳ καὶ τοῖς φίλοις οὕτως ἐδόκει.
 15 μδ'. Καὶ ὕστερον οὐ πολλαῖς ἡμέραις κατὰ τὰς ἀρχάς P. 133
 Ὀκτωβρίου τῆς ἐνδεκάτης Ἰνδικτιῶνος ἐκ Διδυμοτείχου ἦλθον A.C. 1327
 εἰς Σηλυβρίαν, στρατιῶν μὲν οὐκ ἐπαγόμενοι τοῦ μὴ δοκεῖν
 ἐξεπίτηδες πρὸς πόλεμον χωρεῖν, ἅμα δὲ οἰκέταις καὶ τῶν
 φίλων οὐκ ὀλίγοις. ὡς δὲ ἐπύθετο ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς,
 20 τὸν τε δικαιοφύλακα Γρηγόριον τὸν Κλειδάων καὶ Νίφωνα
 τὸν ἐπίσκοπον Μογλαίνων πρὸς τὸν ἔργον ἀπέστειλεν εἰς V. 107
 Σηλυβρίαν, εἰς Βυζάντιον κελεύων μὴ ἔλθειν οὐδὲ γὰρ ἂν
 αὐτῷ τὴν εἴσοδον παραχωρήσειν, ὅτι τὰς πρὸς αὐτὸν σπον-
 δίας παραλύσεις καὶ τοὺς ὄρκους· καὶ τι περὶ αὐτὸν συμβῆ B

16. Pro δεκάτης scripsi ἐνδεκάτης, certissima emendatione. Nam cum ex iis, quae noster supra c. 42. narravit, tum ex Nicephoro L. VIII. c. 15. 4. patet, non annum 1326, sed sequentem iam agi. Error librarii est, non Cantacuzeni.

non protostratori de bello in consilium ire placuit, visumque adhibendam, ut prioribus bellis, animi magnitudinem, nec prius insurgendum, sed quid tempus moneat, expectandum. Spes etiam victoriae praeclara illos sustentabat, quod Deum sibi fracto foedere laesis succursurum confiderent; ad quod frangendum ipsi nec re, nec verbo in causa ullo modo fuissent: experiundi tamen gratia Constantinopolin procedendum, quod belli molitio, simul ac eo accessissent, clare apparitura, aut perterrefactis, qui illud suscitarent, in nihilum recasura esset. Haec consiliantium sententia fuit.

44. Dies pauci intercesserunt, cum ineunte Octobri, Indictione undecima, Didymoticho Selybriam sine exercitu, ne dedita opera in bellum viderentur proficisci, servorum amicorumque stipati catervis venerunt. Quod ut comperit senior, Gregorium Clidam dicacophylacem et Niphonem Moglaenorum episcopum Selybriam mittit suis verbis nepoti mandatum, ne Byzantium adeat: non enim ingredi permissurum, quandoquidem foedus in postremis habuisset. Proinde

A.C. 1327 τῶν ἀβουλήτων, οὐκ ἐκείνη, ἀλλ' ἐαυτῷ τὴν αἰτίαν λογιζέσθαι παρεσπονδηκότι. τούτων ἀκούσας ὁ νέος βασιλεὺς, ἤλγησε μὲν οὐχ ἥκιστα ἐπὶ ταῖς ἀγγελίαις μικρὸν δὲ ἐπισχῶν, „ἔβουλόμην” εἶπε „μὴ τοσοῦτον ἀμνήμονα τὸν ἐμὸν κύριον καὶ βασιλέα ἧς ἔργοις αὐτοῖς εὐπειθείας καὶ δουλείας πρὸς αὐτὸν ἐνεδειξάμην” ὁφθῆναι νῦν ἐπεὶ δ' ἡ τῶν ἐμῶν ἁμαρτημάτων πληθὺς ἐπιόρκοι καὶ τῶν πρὸς αὐτὸν συμβάσεων ἀθετητὴν καὶ οἰεσθαι ἀνέπεικοντα καὶ λέγειν, δεόν εὐγνωμόνα καὶ φιλοπάτορα καὶ αὐτῷ C ὑπέκοντα λογιζέσθαι πάντα, πρῶτον μὲν ἐν καιρῷ οἶομαι τὴν πρὸς ἐμὲ ὑμῶν ἄφιξιν γεγενῆσθαι, συνετῶν ὄντων καὶ δυνα- 10 μένων μάλιστα ἀπὸ τῶν λεγομένων τὰ ἀληθῆ καὶ τὰ δεόντα συνελθαι. ἔπειτα ἐρωτῶ, εἰ καὶ παρὰ τοῦ ἐμοῦ κυρίου καὶ βασιλέως ἐπιτέτραπται ὑμῖν, ἃ τε ἡδίκηκα ἐγκαλεῖν καὶ τούτων τὴν ἀπολογίαν δέχεσθαι διεξιόντος. ἐλπίζω γὰρ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόχτος ἀπολύσασθαι τὰ ἐγκλήματα.” τῶν δὲ εἰπόντων μη- 15 δὲν πλέον ἐπιτετέραφθαι ἢ ὅσον μὴ εἰς Βυζάντιον ἀπαγγείλαντας ἦκειν, αὐθις ἀναστρέφειν, „ἀπαγγείλατε τοίνυν” ἔφη „τῷ ἐμῷ κυρίῳ καὶ βασιλεῖ, ὅτι τὸν ἔφορον τῆς ἀληθείας ἐπιμαρτύρομαι θεὸν καὶ αὐτὸν ἀληθειαν καλούμενον καὶ ὄντα, ὡς οὔτε πρό- 20 τερον, οὔτ' ἐν τῷ νῦν ἀδίκως κατ' ἐμοῦ κινουμένῳ πολέμῳ, οὔτ' ἔργοις οὔτε μὴν ἐν ῥήμασιν ἐμαυτῷ τι σύνοιδα πεπραγμένον κατὰ σοῦ. διὸ καὶ ἰκέτης γίνομαι σου πρὸς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὸ P. 134 ὀργιζέσθαι ἀποδέμενον, συμπαθεῖα χρήσασθαι καὶ πρᾶσιτι, καὶ τοῦ δικαίου καὶ λυσitelούντος ἔξω ποιεῖν μηδέν. εἰ δ' ἄρα

5. αὐτὸς legebatur pro αὐτοῖς et 15. ἀποδύσασθαι.

si quid ei obveniret mali, non illi, sed sibi culpam adscriberet, qui foedus violasset. Doluit valde hoc nuntio nepos, paulumque cunctatus, Voluissem, inquit, dominum meum et imperatorem subjectionis meae, quam erga eum factis ostendi, non adeo deposuisse memoriam. Sed quia peccatis meis factum est, ut huc prolaberetur, meque perierum et pactorum contemptorem iudicaret ac diceret, cum probum, patris amantem sibi que subiectum reputare debuisset, primum quidem opportune vos huc venisse arbitror, viros prudentes quique facillime ex oratione mea veritatem et officium intellecturi sint. Deinde interrogo, ecquid ab avo meo in mandatis acceperitis, ut de iniuriis illi a me illatis mecum expostuletis meamque contra defensionem audiat. Etenim ad obiecta depellenda quod dicam superfuturum, nedum defuturum spero. Respondentibus, non plus sibi praeceptum, quam ut ei denuntiarent, ne Byzantium ingrederetur, statimque revertentur: Renuntiate igitur, ait, domino meo et imperatori, me Deum veritatis vindicem atque adeo ipsam veritatem, (ipse enim et est et nominatur veritas,) testari, me neque antea, neque modo bello tam inique appetitum, mihi alicuius in ipsum criminis, seu re seu verbo admissi, coniectam esse aut fuisse. Quare illum per Deum

τοῦ δαίμονος ἢ δυσμένεια, δι' ἣν πολλάκις ἐν κακοῖς τεταλαι- A. C. 1327
 πώρηκα, τῆς μὲν δουλείας καὶ εὐπειθείας, ἣν ἔργοις αὐτοῖς
 ἐπεδειξάμην ἐν παντὶ τῷ παρασχόντι, παρεσκευάσεν ἐπιλελή-
 θθαι, τοῖς διαβάλλουσι δὲ καὶ συκοφαντοῦσιν ἀνέπεισε προσ-
 5 ἔχειν καὶ τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον κινεῖν, δέομαι αὖθις μὴ ἐρή-
 μῃ οὕτω καταψηφίσασθαι, ἀλλὰ τὰ τε ἐγκλήματα δηλώσαι
 καὶ τόπον ἀπολογίας παρασχεῖν. εἰ μὲν οὖν διαφύγω τὴν δί- B
 κην, τὰ ἐγκλήματα ἀπολυσάμενος, εἰ ἂν ἔχοι ἂν δ' ἐπιου-
 κῶν ἁλῶ καὶ παρασπονδῶν, οὐδεμιᾶς ἀξιῶ τυχεῖν συγγνώμης,
 10 ἀλλὰ πᾶν ὅτι οὖν πάσχειν αὐτὸς τιμῶμαι." βασιλεὺς μὲν οὖν ὁ
 νέος τοῖς πρέσβεσι τῷ πάππῳ τοιαῦτα ἐκέλευεν ἀπαγγέλλειν οἱ
 δ' ἐπυθάνοντο αὖθις, εἰ μὴδὲν ἑαυτῷ σύννοιδε τοὺς πρὸς βα-
 15 σιλέα τὸν πάππον γεγενημένους δοκούς παραβεβηκούς, οἴομενοι
 πεῖσαι ἂν βασιλέα ῥαδίως διαλύσασθαι πρὸς τὸν ἔργον, εἰ
 20 μὴδὲν ἐπιουκῶντα κύθειο αὐτόν. τοῦ δὲ ἰσχυρισαμένου ἄχρι
 τότε παρεσπονθηκέναι μηδαμῶς, χαίροντες εἰς Βυζάντιον ἐπα- C
 νῆκον, ἐλπίζοντες τὸν πόλε, ἢ τῶν βασιλέων καταλύσειν τὸ
 δ' ἐναντίως ἢ ἀπέβη προσεδόξεν. ἀπαγγειλάντων γὰρ ὅσα βα-
 25 σιλεὺς ὁ νέος πρὸς τὸ μὴ παρεσπονθηκέναι παραιτεῖται, οὐ-
 ροδὲν μᾶλλον ὁ πρῶτος ὑφῆκε τῆς ὁρῆς, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν
 ἀπεκρίνατο οὐδέν· τῷ πατριάρχῃ δὲ Ἡσαΐα τὸ μνημονεύειν
 ἐν ταῖς ἱεροτελεστίαις τοῦ ἐγγόνου μὴτ' ἐν τῷ τῆς τοῦ Θεοῦ
 Σοφίας νεῶ, μὴτ' ἐν τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς ἐκέλευε συγχωρεῖν
 καὶ αὐτῶν γὰρ τῶν ἐν βασιλείοις ἱερῶν ἀπεληλακέναι τὴν V. 108

immortalē obsecro, ut iuxta mecum miseriam meam sentiat, sequē
 ad lenitatem det, ac ne quid praeter aequum et bonum attentet.
 Quod si tacodaemonis malignitas, propter quam multas toties ac-
 rumnas pertuli, paratam ad eius nutum voluntatem meam, quam,
 quotiescunque occasio fuit, prae me tuli, ex animo illi excussit,
 obtrectatoribus autem et sycophantis aures dare et armis me perse-
 qui persuasit, iterum oro, ne indicta causa me condemnet, sed cri-
 mina proferat, defendendi locum relinquat. Si, refutatis illis, da-
 mnationem effugero, bene habet: sin perfidus et foedifragus inventus
 fuero, ne veniam consequar, et vel me iudice, quantumvis magno
 supplicio multer. Haec nepos avo. Quaerentibus adhuc legatis, ec-
 quid iuramentum, quod avo iuravit, nullam partem violavit, (rati,
 non difficile reconciliatum iri senem, si iurisiurandi tenacem esse
 audierit,) confirmanteque illo, se ad id tempus usque nihil foederi
 contrarium egisse, lactantes ac bene sperantes, bellum sopolitum iri,
 Byzantium repetivere. Verum aliter accidit, quam sperabant: ex-
 positus namque quibus iunior ruptis foederis culpam ab se amolitus
 esset, nihilo magis senior iram posuit. Et legatis quidem nihil re-
 spondit: patriarchae vero Esaiiae praecepit, ut inter sacrorum solen-
 nia neque in Sophiae, neque in aliis templis eius nomen edici sine-

- A. C. 1327 τούτου μνήμην. ὁ πατριάρχης δὲ τὴν αἰτίαν ἠρώτα, δι' ἣν ἂν ἐκβάλλοιτο τῶν ἱερῶν ἡ μνήμη τοῦ βασιλέως· εἰ μὲν γὰρ εἰς
Δτι τῶν ἀλλοτρίων τῆς ἐκκλησίας ἐξώκειλε δόγμα, οὐδ' οὕτω
 πρὸ πάσης παραινήσεως καὶ πείρας τῶν ἱερῶν ἐκβάλλειν χρή,
 ἀλλ' αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας προστάτην⁵
 ἀποδειχθέντα δογμάτων καὶ κηδεμόνα ψυχῶν, οὐκ ἄχρι Ῥη-
 γίου μόνον, ὅπου βασιλεὺς ὁ νέος διατρίβει, ἀλλὰ καὶ εἰς
 ἐσχατίας γῆς ὑπὲρ ψυχῆς κινδυνευούσης ὀφείλειν τε καὶ προ-
 θυμεισθαι βαδίζειν. διὰ τοῦτο δέον εἶναι πρῶτον πρὸς αὐτὸν
 ἀπελθεῖν κἂν μὲν, Θεοῦ συναιρομένον, πολλὰ διδαχθεῖς καί ο
 νουθετηθεῖς τὴν κακοδοξίαν ἀπόδηται, τὴν ἀλήθειαν ἀσπασά-
 μενος καὶ τὸ ὑγιαῖνον τῶν δογμάτων ἐπεγνωκώς, πανταχόθεν
 ἂν ἔχοι καλῶς, τῇ τε ἐκκλησίᾳ, τοῦ κατὰ πνεῦμα, καὶ σοί, τοῦ
 σωματικοῦ παιδός, τοῖς τε Ῥωμαίοις, τοῦ βασιλέως σεσωσμένον.
- P.135 ἂν δ' ἐθελοκακῶν φανῆ καὶ πρὸς τὰς ἀγίας τῆς ἀληθείας καμ-15
 μύων ἐκόντι τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ οὐδὲ μικρὰν τινα παρέχων
 ἐλπίδα τοῦ ἰατρευθῆναι ἂν ποτε, οὐ τῶν ἐν Βυζαντίῳ ἱερῶν
 μόνον αὐτοῦ τὴν μνήμην ἐκβαλῶ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁποιδίποτε
 γῆς Χριστιανοῖς ἐκκήρυκτον αὐτὸν ποιήσω." ἀποκριναμένον δὲ
 τοῦ βασιλέως, οὐ διαστροφὴν τῆς πίστεως τῆ ἐγγόνῳ ἐγια-20
 λεῖν, ἀλλὰ τῶν εἰς αὐτὸν ἔρχων ἀθέτησιν καὶ τῶν συνθηκῶν,
 βῆτι τε ἀθάδειαν καὶ ἀπειθείαν, καὶ διὰ τοῦτο νουθεσίας καὶ
 παιδείας χάριν τὸ τοιοῦτον ἐπινενοηκέμαι, πάλιν δὲ αὐτοῦ
 τὴν διόρθωσιν ἄξιαν ἐπιδειξαμένου τῶν ἡμαρτημένων, αὐτὸν
 τὰ δέοντα ποιήσειν „οὐκοῦν" εἶπεν ὁ πατριάρχης „δέομαι σου,25
 κράτιστε βασιλεῦ, μίαν ἐμοὶ χάριν ταύτην καταθεῖναι μεγί-

ret : nam et in palatio eius memoriam e sacris eiectam esse. Patri-
 archa huius rei causam sciscitari : nam si vel in dogma aliquod ab
 ecclesiae placitis diversum praecipitasset, ne sic quidem citra admo-
 nitionem et conatum eius sanandi e sacris eiectum illius nomen oportu-
 ius. Quin se ipsum, a Deo sacrarum ecclesiae dogmatum autistitem
 animarumque procuratorem institutum, non Rhegium modo, ubi iunior
 esset, sed ad ultimas terras etiam pro anima in salutis periculo ver-
 sante et debere et velle alacriter proficisci. Quare faciendum, ut primum
 adeatur; et siquidem, Deo favente, longa disputatione ac monitis vi-
 ctus, dogmatum nostrorum siinceritate perspecta, pravam opinionem
 deseruerit veritatemque amplexatus fuerit, quid melius optari posse?
 cum et ecclesia secundum spiritum, et is secundum carnem filium, et
 Romani imperatorem suum recuperaverint. Sin se in improbitate ob-
 firmaverit atque ad radios veritatis oculos clauerit, nec qualemqua-
 lem spem futurae sanitatis fecerit, non solum e sacris Byzantinis eius
 nomen expuncturum, sed Christianis per orbem universis etiam ut pio-
 rum communionem exclusum promulgaturum. Tum imperator, non se pra-

tur, pro ea rogatum veniret, reliquum arcis aedificare et pro securitate in futurum praesidium illi imponere: Martino, restituenti Benedicto ceterorum annorum quam ei detraxerat pecuniam, reliquae insulae praefecturam committere. Qui tamen non solum nihil eorum fecit, quae debuit: sed ubi appropinquare classem intellexit, ternas triremes suas, casque vacuas in mare demersit, Romanisque insulam habitantibus, mortis poena proposita, armis interdixit: urbis portas communiit et cetera quam visum est optime constituit, octingentosque armatos quos habebat, in muris ad imperatoris impetum repellendum collocavit: iam enim non dubie rebellabatur, nec signa imperatoria in moenibus pro consuetudine, sed Martini dumtaxat figebantur: quasi insula ab eo certo iam acquisita et mancipio obventa esset. Calothesus cum suis Latinorum metu corripere arma ultro non audebat: sed ad operam praestandam, ubi imperator oppugnare urbem coepisset, parati erant. Martinus octingentis illis confisus, se defendere instituebat. Imperator ad litus appulsus, et excensione facta, terra statim potitus, producto equitatu ad oppugnationem accingebatur. Benedictus Martini gormanus castellum iactu lapidis ab oppido dissitum tenens, venit, illudque imperatori

καὶ αὐτὸς κατέχων οὐ μακρὰν τῆς ἄλλης πόλεως φθοδομημέ- A. C. 1329
 νον, ἀλλ' ὅσον ἀφ' ἑκατέρου πρὸς τὸ ἕτερον λίθῳ σχεδὸν
 ἐξικνεσθαι, ἐνεχείρισεν ἑλθῶν τῷ βασιλεῖ, πολλὰ τοῦ ἀδελ- B
 φου κατηγορῶν ὡς καὶ ἀνόητα καὶ ἄδικα πράττειν ἐγνωκό-
 5τος· τοῦτο μὲν, εἰ πρὸς τοσαύτην δύναμιν ἀπισχήσειν ἤλ- V. 186
 πισε, μὴ αὐτὸς ἐξ ἴσης ὀρμώμενος παρασκευῆς· ἀδικίαν δὲ
 κατεγίνωσκεν αὐτοῦ, εἰ πολλὰ πρὸς βασιλέως εὐεργετηθεὶς,
 Χίον διενόηθη αὐτοῦ ἀποστερησάι. βασιλεὺς μὲν οὖν εἰς τὸ
 φρούριον εἰσῆλθε, Μπενέτον τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἐπαινέσας,
 10 καὶ μετὰ μικρὸν ἐξελθὼν διεκόσμηε τὴν στρατιὰν ὡς ἐς τευ-
 χομαχίαν. Μαρτίνος δὲ πρὸς τε τὴν βασιλέως στρατιὰν ἦδη
 ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχον ὄρων, ἔκ τε τῶν Χίων ἐπικουρίαν οὐ-
 δεμίαν προσδοκῶν διὰ τὸ οὐχ ἦσσαν αὐτοῦ ἀφεστηκέναι ταῖς C
 γνώμαις ἢ καθ' ὅσον εὐνοί ἦσαν βασιλεῖ ὑπωπτεκνέναι, ἄλ-
 15 λως τε καὶ Μπενέτον προσχωρήσαντος καὶ τὸ φρούριον παρα-
 δόντος, ὃ οὐκ ἔλαττον ἡδύνατο ἀποτερισμοῦ οὕτω πλησίον
 φθοδομημένον, σφοδρῶς τε ἐθρορυβεῖτο καὶ τὰς σωζούσας ἀπε-
 γίνωσκεν ἐλπίδας. ἐπεὶ δὲ τὰ τε σημεῖα ἦδη ἦροτο καὶ ἦρ-
 χον μάχης οἱ Ῥωμαῖοι, πρᾶβειαν πέμψας ὁ Μαρτίνος, ἐδεῖτο
 20 βασιλέως συγγνώμης τυχεῖν καὶ πρὸς συμβάσεις χωρῆσαι οἷας
 ἂν δοκῆ βασιλεῖ. βασιλεὺς δὲ ἀπέωσάτο τε τὴν πρᾶβειαν καὶ
 οὐκ ἔφρασε δεῖν, τῆς στρατιᾶς πρὸς τὴν μάχην παραστα-
 γμένης, διαλέγεσθαι περὶ συμβάσεων. πρότερον γὰρ αὐτῷ
 25 εἶν πρὶν ἐνθάδε ἦκειν συγγνώμην τε αἰτεῖν καὶ σπονδὰς τί- D
 25 θροῦναι εἰρηνικὰς, νῦν δὲ ὅπως ἂν αὐτῷ δοκῆ ποιεῖν, ἐπεὶ τῇ

tradit, et fratrem ut iniustum ac stolidum accusat; si quidem appa-
 ratu multo inferior, tantis copiis resistere se posse speravisset: et
 pluribus ab imperatore beneficiis obligatus, Chio ipsum spoliare
 meditatus esset. Imperator castellum ingreditur, Benedictum de
 officio commendat: pauloque post exercitum ad oppugnandam urbem
 ordinat ac disponit. Martinus iam se illi imparem aspiciens et nul-
 lum a Chiis subsidium exspectans, quod eorum animos non minus
 a se aversos, quam in imperatorem conversos coniectabat, cum
 etiam Benedictus, deditioe castelli facta, quod quidem muro valido
 cinctum et firmatum urbique vicinum, aequè resistere poterat, eius
 fidei potestatique se permisisset, medullitus conturbatus, de spe,
 qua se adhuc consolabatur, decidit. Cum Romani iam signa velle-
 rent pugnamque ordirentur, missis legatis Martinus veniam precari
 et pactis, quae vellet imperator, se staturum promittere. Ille lega-
 tos repudiare ac dicere, stante iam in procinctu milite, importunum
 esse de pactis agere: integrum ei fuisse, antequam huc iretur, et
 veniam rogare et de pace secum convenire. Nunc facere se quod
 luberet: quando ipse sua fretus potentia, contra se arma capere

- A. C. 1329 σφετέρῃ πέποιθώς δυνάμει ὄπλα αὐτῷ ἀντήρε. Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπε· Μαρτίνος δὲ ἤδη πᾶσαν ἐλπίδα περιρηγμένος σωτηρίας, δείσας μὴ καὶ τὸ ζῆν ἀφαιρεθεῖη, ἐαυτὸν ἐνεχείρισε βασιλεὺς καὶ τὴν στρατιάν, τῆς πόλεως ἐξελθὼν. οἱ Χίοι δὲ αὐτὸν ὀρώντες ἤδη πρὸς ἀλχμαλώτου τύχην καταστάντα, ὄρησαν ὡς ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἀποκτενοῦντες. ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἀπειλήσας αὐτούς τὰ δεινότατα διαδήσειν, εἴ τι νεωτερίζοιεν περὶ αὐτὸν, ἀπαθῆ διετήρησε κακῶν. βασιλεὺς δὲ αὐτὸν πολλὰ καταμεμψάμενος τῆς ἀβουλίας, ὅμως οὐ διέθηκεν αὐτὸν κακῶς, ἀλλὰ τὴν μὲν γυναῖκα αὐτοῦ ἐκέλευσε καὶ παῖδας, ἔτι δὲ καὶ θεραπαινίδας ὅσαι ἦσαν, αὐτὰς
- P. 232 μὲν ἐπιφορτίσασθαι ὅσον ἀνύσαι δυνατὸν ἐκ τῶν ἐκείνῃ προσόντων χρημάτων τε καὶ ἄλλων ἐπίπλων καὶ σκευῶν πολυτελοῶν, τοὺς δὲ δούλους στρώματά τε καὶ τάπητας ἄραι καὶ ἄλλα ὅσα ἐπιτήδεια πρὸς τὸ καθεύδειν τῆς νυκτός, καὶ ἐξελθόντας Χίου πορεύεσθαι ὅποι ἂν δοκῇ· Μαρτίνον δὲ ἐκέλευσεν εἰρχθῆναι. καὶ τοῦτο μὲν τοῦτον ἐπράχθη τὸν τρόπον, καὶ σχεδὸν ὅσα Μαρτίνῳ ἦσαν αἱ θεραπαινίδες ἅμα γυναικὶ ἐπεφορτίσαντο· τοὺς συνόντας δὲ αὐτῷ ὀκτακοσίους συγγνώμης τε ἠξίωσεν ὁ βασιλεὺς, ἀδικήσας μηδὲν, καὶ προὔθηκεν αἰρέσειν αὐτοῖς τοιαύτην, ὥστε τοῖς τε βουλομένοις τὰ ὄντα Βλαβόντας ἐξείναι ἀναχωρεῖν, τοῖς τε μένειν ἐθέλουσι μηδένα ἐνοχλεῖν, ἀλλὰ τὴν μισθοφορὰν λαμβάνοντας, δουλεύειν βασιλεὺς. ὀλίγοι μὲν οὖν ἐκείνων ἀπῆραν ἐκ τῆς Χίου, οἱ λοιποὶ δὲ, οἱ μὲν ἔμειναν ἐν Χίῳ αὐτῆς μισθοφοροῦντες, οἱ δὲ τοῖς

non dubitasset. Martinus omni iam spe deperdita timens ne insuper morti dederetur, urbe egressus, seque exercitumque suum imperatori transdidit. Chii hominem nunc ad captivi fortunam redactum cernentes, insurgere, ut eum ante oculos imperatoris mactarent. At magnus domesticus se pessimis modis illos accepturum comminatus, si quid ei nocuissent, vivum incolumemque servavit. Imperator de amentia obiurgatum, nulli supplicio subiecit: sed uxorem, liberos et famulas quotquot erant tollere iussit quantum ferre possent de illius rebus pretiosaque supellectile: famulos autem toralia, tapetes ac reliqua omnia ad nocturnam quietem requisita, et Chio excedentes ire, quo voluntas duceret, Martinum autem in vincula duci. Et haec quidem hoc modo patrata sunt: ac ferme omnia quae Martinus habebat, ministræ et uxor in humeros sublata extulerunt. Octingentos autem illos, qui eidem militabant, venia et impunitate dignatus est; tali optione data, ut qui vellent, cum re familiari sua libere insula demigrarent: qui manere mallent, iis nemo esset molestus, et imperatoris militiam mercede tolerarent. Paucis Chium deserentibus, ceteri omnes aut ibidem acra merere perrexerunt:

βασιλέως συνηριθμήθησαν οικόταις. Χίος μὲν οὖν οὕτως αὔ- A.C. 1329
 ρις γέγονεν ὑπὸ Ῥωμαίους. βασιλεὺς δὲ Μπενέτον τε δί-
 καιον ἔκρινεν ἀμείβεσθαι τῆς εὐνοίας καὶ τῆς προθυμίας τῆς
 εἰς αὐτὸν, καὶ τῶν Χίων τοὺς δυνατοὺς καὶ τὸν δῆμον. εἰ
 5 γὰρ καὶ μηδὲν εἰς τὸν πρὸς Μαρτίνον πόλεμον εἰσῆνεγκαν
 αὐτοὶ, ἀλλὰ ταῖς γνώμαις οὕτως ἦσαν παρεσκευασμένοι, ὡς
 ἦν δέη, πᾶσαν ἐπιδειξόμενοι σπουδὴν καὶ προθυμίαν ὑπὲρ C
 βασιλέως. διὸ καὶ Καλόθετον μὲν καὶ γένος τὰ τε ἐν Διδυ-
 μοτείχῳ προεπηγγελμένα, ὅτε περὶ Χίου κρύφα διειλέχθη,
 10 καὶ προσέτι πλείω εὐηργέτει, καὶ τοὺς ἄλλους καὶ τιμαῖς V. 187
 ἡμείβετο καὶ δωρεαῖς· τὸν δῆμον δὲ τῶν δημοσίων ἀνῆκεν
 εἰσφορῶν, ὅσαι μάλιστα ἐπέζον.

ιβ. Μπενέτον δὲ μετακαλεσάμενος τὸν Μαρτίνου ἀδελ- D
 φὸν ἀνεμίμησκέ τε ὧν πρὸς Βυζάντιον ἔλθων τοῦ ἀδελφοῦ
 15 κατηγόρει, ὡς ἀποστεροίη μὲν τῶν ἑξακισχιλίων χρυσίων, ἃ
 προσῆκεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν δημοσίων προσόδων τῆς Χίου λαμ-
 βάνειν, αὐτὸς δὲ τὴν νῆσον σφετεριζόμενος ἀποστεροίη τοῦ
 πατρῴου κλήρου, καὶ ὡς ἔδειτο τῆς δυνατῆς τυχεῖν ἐπικουρίας
 ὧν τε αὐτὸς ἐπηγγέλματο, ὡς ὄσον ἤδη γενόμενος ἐν Χίῳ τῆς P. 233
 20 τῆς εἰς αὐτὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀδικίας εἰσπράξεται Μαρτίνον
 δίκας. ὧν δὲ νῦν καλῶς καὶ ὡς προσῆκεν ἀποβάντων καὶ
 Μαρτίνου Χίου ἐξεληλαμένου, δίκαιον ἡγεῖσθαι εἶναι τὰς τε
 ἐπαγγελίας ἐκπληροῦν τὰς εἰς αὐτὸν, καὶ τῆς εὐνοίας ἀμείβε-
 σθαι ἧς πρὸς ἐλθόντα ἐνεδείξατο, τὸ φοῦριον παραδοῦς. οὗ

aut in ministros eius domesticos relati sunt. Hac ratione Chius in Romanorum ius mancipiumque rediit. Imperator deinde et Benedicto pro navata benevolentia ac prompta voluntate, et Chiorum principibus populoque gratiam rependi aequum iudicavit. Qui quamquam ad bellum contra Martinum nihil contulissent, tamen is erat eorum sensus atque animus, ut necessitate flagitante, omnem operam ad imperatorem strenue adiuvandam collaturi fuerint. Quare et Calothetum et genus eius tum iis, quae apud Didymotichum de Chio clandestino secum disserenti promiserat, tum aliis praeterea pluribus remuneratus est: atque alios donis et honoribus auxit; populum vero tributorum onere, quo gravissime premebatur, levavit.

12. Accersitum quoque Benedictum Martini fratrem accusationis admonet, quam ei Byzantium veniens intenderat de sex aureorum millibus, quae pro paterna sorte de publicis Chii redditibus capere debuisset, ab illo autem, qui insulam sibi vindicasset, privatus fuisset. Et quo pacto auxilium, si quod posset, afferri petivisset; quae ipse promisisset, quam severe nimirum in Chium delatus et sibi et illi iniuriam illatam ulturus foret. Quod quoniam feliciter atque ut par erat evenerit et Martinus insula exactus sit, consenta-

A. C. 1329 δὴ ἕνεκα τῆς τε Χίου ἐπιτρέπειν τὴν ἀρχὴν, καὶ τῶν προσό-
δων αὐτῆς τῶν δημοσίων οὐκ ἔλαττον χρυσοῦ μυριάδων
δυοκαίδεκα οὐσῶν, εἰς μὲν ἐπιμέλειαν τῆς νήσου καὶ φυλα-
κῆν, ἔτι τε λοιπὴν ἀναγκαίων ἀναλωμάτων χρεῖαν ὅσα ἂν
B αὐτῷ σκεψαμένῳ βέλτιον δοκοίη ἔχειν ἀναλοῦν τὰ δὲ ὑπο-5
λειφθέντα χρήματα, τὰ ἡμίση μὲν τῷ βασιλικῷ ταμείῳ εἰς-
κομίζειν, αὐτὸν δὲ τὰ ἐπιλοιπα καρπύσθαι. ἄθλον δὲ ὃν
ἀνθρώπῳ παντὶ ὁπότε ἀπροσδόκητον ἦξει τὸ τέλος τῆς ζωῆς,
δίκαιον ἅμα καὶ λυσιτελὲς ἡγεῖσθαι εἶναι, τὴν ἀκρόπολιν, ἣ
πρὸς Μαρτίνου ὑποδομεῖτο, ἐπισκευασθεῖσαν ὡν δέουσι, φρου-10
ρᾷ κατασχεθῆναι παρ' αὐτοῦ, ὡς εἶ τι περὶ αὐτοῦ, ὅλα τὰ
ἀνθρώπινα, συμβαίη καὶ γένοιτο ἐξ ἀνθρώπων, μὴ τὴν Χίον
Ῥωμαίους ἀποστερηθῆναι, πολλοὺς ἔχουσαν οὐ πόρρωθεν μό-
νον, ἀλλὰ καὶ ἐγγύθεν ἐπιβούλους καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ Δή-
λου Σπιταλιώτας. Τοιαῦτα πρὸς Μπενέτον διεξιόντος βασι-15
C λέως καὶ μικρᾶς εὐνοίας χάριν μεγάλην κατατιθεμένου, οἱ
μὲν ἄλλοι πάντες κατεπλήττοντο τὴν περὶ τὰς εὐεργεσίας τοῦ
βασιλέως φιλοτιμίαν, ὅτι μικρᾶς ἕνεκα εὐνοίας τοσαύτην ἀντι-
παρέσχε χάριν, μήτε ὧν ἀνάλωσε χρημάτων πρὸς τὴν παρα-
σκευὴν τοῦ στόλου καὶ τῆς συνεπομένης ἄλλης στρατιᾶς ὑπο-20
λογισάμενος τὸ πλῆθος, μήτε ὧν ἐκ Χίου ἐμελλεν ἐτησίως
ὁ Μπενέτος ἀποφέρεσθαι, καὶ ταῦτα, ὀλίγα ἢ οὐδὲν πρὸς
τὸν ὑπὲρ τῆς Χίου πόλεμον εἰσνεγκῶν. Μπενέτιν δὲ οὐδὲν
ἄρα ἤρκει, ἀλλ' ἀδικεῖσθαι ἤγειτο καὶ ἀποστερεῖσθαι, μὴ μισ-

15. Σπιτάλη in Graeco barbaro hospitium est. ED. P.

neum sibi videri promissa persolvere et castello sponte dedendo de-
claratam erga se propensionem compensare. Quocirca se illi prae-
fecturam Chii deferre. Cumque reditus insulae centum ac viginti
millium aureorum summam plane conficerent, ad eius procuracionem,
ad praesidia ususque necessarios, quantum re perspecta merito requiri
putaret, impenderet: de reliquo dimidium unum in imperatoris
fiscum inferret: altero ipse frueretur. Et quoniam suus quemque dies
latet, aequum se et utile arbitrari, arcem a Martino inchoatam per-
fici et a se cum praesidio occupari; quo, si quid, ut sunt res huma-
nae, sibi acciderit et inter homines esse desierit, Romani Chium,
cui multi et remoti et vicini praesertimque Delli Hospitalenses insi-
dientur, ne amittant. Haec cum imperator diceret parvoque officio
illius ingenti beneficio suo responderet, reliqui omnes eius tam ser-
vens beneficiendi studium obstupescabant, quando tam modica tam
magnis pensaret, non reputans, neque quantos sumptus in aedificanda
ornandaque classe et in classarios fecisset: neque quam grandem
pecuniam Benedictus anniversarie reportaturus esset; idque cum parum
aut nihil bello pro Chio commodasset. Sed Benedicto nihil sufficie-

ζόνων ἀξιούμενος· διὸ καὶ τὴν βασιλείας δωρεὴν ἀπεωθεῖτο A. C. 1329
 μὴ δεῖσθαι φάσκων μὴτ' ἐπιτροπεύειν Χίου, μὴτ' ἐφ' οἷς
 ὁ πατὴρ αὐτῷ, μὴθ' ὁ ἀδελφὸς Μαρτίνος καὶ αὐτὸν κατέχειν V. 188
 ἀλλ' εἰ μὲν αὐτῷ παντάπασι τῆς Χίου βασιλεὺς παραχωροίη, D
 5ῶστ' ἰδίαν αὐτῷ ἀρχὴν εἶναι καὶ μηδαμῶς τελεῖν ὑπὸ Ῥω-
 μαίους, πολλὴν ἂν εἰδείη τῆς εὐεργεσίας χάριν. εἰ δὲ μὴ
 τοῦτον βούλοιο τὸν τρόπον, μηδεμιάς ἐτέρας εὐεργεσίας με-
 μνησθαι, ὡς πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ οὐκ ἐσομένης, ἀλλ' αὐτὸν δ,
 τι ἂν δοκῆ δεσπότην ὄντα περὶ τῆς νήσου πράττειν. Βασι-
 10λεὺς δὲ οὐ δίκαια αἰτεῖν ἔφρασκε Μπενέτον, οὐδ' οἶα τελεῖν.
 ἔχρη μὲν γὰρ εἰ καὶ τοὺς ἑξακισχιλίους ἐλάμβανε χρυσοῦς,
 ὧν παρὰ Μαρτίνου ἡδικεῖτο, ἀγαπᾶν καὶ πολυπραγμονεῖν
 μηδέν. εἰ δὲ οὐ τοσαῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλαπλασίω τού-
 των καὶ προσέτι τὴν ἀρχὴν ἔχειν ἔξεστι τῆς νήσου, πῶς
 15ἂν εἴη δίκαιον ἔνδεᾶ τὴν χάριν τοῦ προσήκοντος νομίζειν; P. 234
 ἔτι δὲ οὐδὲ ἑαυτῷ τὸ παντάπασιν αὐτῷ παραχωρῆσαι Χίου
 ἐν καλῷ τοῦ σχήματος ἔφη κείσασθαι ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ φιλο-
 τιμίαν καὶ μεγαλοψυχίαν, ἀλλὰ παραπληξίαν καὶ ἀκρισίαν
 περιάψειν ἑαυτῷ. εἰ γὰρ ἔδει τοσοῦτον πόνον αὐτὸν τε καὶ
 20 Ῥωμαίους ὑπομείναντα καὶ τοσαῦτα κατὰ τὴν παρασκευὴν
 τοῦ στόλου χρήματα οὐκ αὐτὸν μόνον ἐκ τῶν βασιλικῶν,
 ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἰδίων τῶν ἐπιφανῶν πολλὰ ἀναλωκότων
 ὥστε κρατῆσαι Χίου, ἔπειτα αὐτῷ παραχωρῆσαι ἐς τοσοῦτον,
 ὥστε μῆτε νῦν μὴθ' ὕστερον μὴ μόνον μὴ μετεῖναι Ῥωμαίους
 25 τῆς ὠφελείας τῆς αὐτῆς, ἀλλὰ μηδὲ προσορήματι ψιλῷ κ- B

bat: qui se etiam iniuria affici et suis spoliari censebat, quod maiori-
 bus dignus non haberetur. Quare donationem imperatoris reiciebat
 profitebaturque, non se iis indigere: nec Chium procurare velle,
 nec retinere iis conditionibus, quibus aut parens aut frater retinui-
 sissent. Si imperator eam totam omnimodis pro peculiari principatu,
 a Romanorum imperio prorsus exemptam, sibi cedat, tum demum
 illi ut beneficio gratiam magnam habiturum. Si nolit, ne ullius
 beneficii mentionem faciat, audire enim non posse. Verum cum
 ipse insulae dominus sit, ageret pro arbitrato. Respondit imperator,
 Benedicti petitionem nec aequam, nec impetrabilem esse: oportuisse
 enim sex aureorum millibus a Martino recipiendis contentum, alie-
 nis se non implicare. Cum vero non tantum modo, sed multo
 etiam plura et insuper insulae praefecturam consequi liceat, qui
 tandem munus hoc eius meritis impar iuste videri queat? Ad hoc
 si totam insulam ei in mancipio det, id ne sibi quidem laudi fore:
 neque gloriae cupidum et magnanimum, sed vaesanum et nullius
 cerebri visum iri. Si enim necesse erat tot laboribus et a se suscep-
 ptis et a Romanis atque in classe instruenda non a se dumtaxat

A. C. 1329 ρίους ὀνομάζεσθαι αὐτῆς, πολλῶ τῷ μέτρῳ βέλτιον καὶ λυσι-
 τελέστερον ἦν, τὴν ἀπραγμοσύνην καὶ τὴν ἡσυχίαν αἰρεῖσθαι,
 Μαρτίνον τε ἔαν κατέχειν καὶ μὴ παρενοχλεῖν. ἐκείνως μὲν
 γὰρ πρὸς τῷ μὴ κόπτεσθαι καὶ ταλαιπωρεῖν ἐν στρατείαις,
 καὶ ταῦτα διαποντίοις, καὶ τὰ ἀναλωθέντα χρήματα ἐξῆν⁵
 κερδαίνειν καὶ προσέτι γε εἰ μὴ νῦν, ἀλλ' ὕστερόν ποτε δύ-
 ναμιν κτησαμένοις τοῖς Ῥωμαίοις τὴν νῆσον ἂν ἐξῆν ἀνακα-
 λείσθαι ὡς ἀδικουμένοις, καὶ ἡ αὐτῆς τῶν ἀδικούντων κρα-
 τήσασι τυγχάνειν, ἢ ἐλάσσοσι τῶν ἀντιπάλων γενομένοις μὴ
 C ἀδικεῖν νομιζέσθαι, μηδὲ παρασπονδεῖν. εἰ δ', ὥσπερ νῦν¹⁰
 ἀξιοῖς αὐτὸς, σοὶ παραχωρήσομεν τῆς νήσου, σὺ μόνον εἰκῆ
 καὶ μάτην τὸν τε πόνον ἐσόμεθα πεπονηρότες καὶ τὰ χρή-
 ματα ἀναλωσάσθαι, ἀλλ' οὐδ' ἐλπίδα ὑπολειψόμεθα Ῥωμαίοις
 τοῦ ἀνασώσασθαι ἂν ποτε τὴν νῆσον ἢ δοκεῖν ἀδικεῖν καὶ
 παρασπονδεῖν ἔαν τε κρατήσωσιν, ἔαν τε μὴ. δι' αὐτὸ δὴ πάντα¹⁵
 μὴ' αὐτὸν μῆτε δίκαια μῆτε δυνατὰ αἰτεῖσθαι, μὴ' αὐτὸν
 δύνασθαι παρέχεσθαι ἀλλ' αὐτῷ αὐτοῦ πρότερον ἐκρίθη,
 δυνατὰ τε εἶναι καὶ Ῥωμαίοις καὶ αὐτῷ λυσιτελεῖν. Μπενέ-
 του δὲ πάντων μὲν φάσκοντος ἀκηκοέναι τῶν βασιλέως λόγων
 καὶ προσοχηκέναι αὐτοῖς, μηδενὶ δὲ πείθεσθαι αὐτῶν, ἀλλὰ²⁰
 τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἐμμένειν δεδομένοις, καὶ μηδεμίαν ἡγεῖσθαι
 D χάριν προσήκουσαν αὐτῷ ἢ τὴν παντελεῖ παραχώρησιν τῆς

e fisco suo, sed ab illustribus quoque separatim impensa non me-
 diocri facta, ut Chius reciperetur, deinde eam illi relinquere, adeo,
 ut Romani neque nunc, neque posthac quidquam inde emolumentū
 perciperent, imo nec verbo saltem illius domini appellarentur, longe
 utique melius et conducibilius fuisse, procul negotiis quietem per-
 sequi Martinumque eam retinere perpeti et nihil turbarum excitare.
 Sic namque et defatigatione ac labore expeditionis huius, et quidem
 maritimae, et praeterea consumptae pecuniae supersederi potuisset.
 Adde quod, si non hoc tempore, at aliquando Romanis, ut iniuriam
 passis, comparato exercitu insulam recuperare licebit; et vel ea
 potitis ius suum obtinere, vel potentia adversariorum superatis,
 neque perperam egisse, neque foedus violasse existimari. Sin,
 quod tu nunc postulas, insula tibi ceasero, praeterquam quod tem-
 pus et impensa periiit, nulla spes eius unquam recipiendae Romanis
 relinquetur; aut contra fas agere et foedifragos haberi oportebit,
 sive eam obtinuerint, sive non obtinuerint. His de causis nec tu
 iusta et quae fieri possunt petis, nec ego possum concedere. Quae
 autem prius a me statuta sunt, ea fieri queunt et cum ex Romano-
 rum, tum etiam ex re tua sunt. Hic Benedictus, audisse attente
 omnia, quae dixisset imperator; sed iis nec hilum commoveri per-
 stareque in prima sententia et ita sentire, nisi tota insula datur,
 nulla posse meritis suis digna praemia rependi. Solent, excipit

νήσου, Οὐδὲν, ἔφη, θαυμαστόν, ὁ βασιλεὺς, εἴ τινα περὶ πρῶ- A. C. 1329
 γματός τινας βουλευομένην νῦν μὲν τοιαύδα τινα λογίζεσθαι
 παρασταίη, μικρὸν δὲ ὕστερον τὰναντία ἢ βελτίω ἢ χείρω
 σκεπτομένη φαινέτο ἐκ τῶν πραγμάτων. διόπερ οὐδ' αὐτὸν
 5 Δίκαιον νῦν πρῶτον τῶν πρὸς αὐτὸν ἀκηκοῦτα λόγων, ἀπερι-
 σκέπτως οὕτως ἀπαγορεύειν, ἀλλὰ δεῖον εἰς δευτέραν καὶ
 τρίτην μετὰ τῶν φίλων σκεψάμενον ἡμέραν, οὕτως ἦκειν
 ἀπαγγέλλοντα ὅσα ἔδοξεν. ἴσως γάρ τι τῶν δεόντων ἢ μετὰ
 τῶν φίλων καὶ οἰκείων συνδιάσκεψις εὐρήσει. Ἐπιχειροῦντος
 10 δὲ αὐθις ἀντιλέγειν τοῦ Μπενέτου, ἐπέσχεν ὁ βασιλεὺς, τῆς
 καθέδρας τε ἐξαναστὰς καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπὼν, ὡς οὐκ ἀκού- P. 235
 σεται πρὶν μετὰ τῶν φίλων βουλευσάμενον ἦκειν. Μπενέτος V. 189
 μὲν οὖν οὕτως οἴκαδε ἀπῆλθεν, ἀνάπλεως ταραχῆς εἰς τρί-
 τήν δὲ ἡμέραν μεταπεμψάμενος αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, τῶν τε
 15 πρῶτον ἀνεμίμνησεν εἰρημένων καὶ ἔπερ' ἅττα προσετίθει,
 τὴν τε εὐμένειαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐνδηλον ποιῶν καὶ ὅσην
 ἔχει περὶ τὸ εἶ ποιεῖν αὐτὸν τὴν προθυμίαν. συνεβούλευέ
 τε πείθεσθαι αὐτῷ ὡς λυσιτελοῦντα βουλευομένην. ὁ δὲ τῆς
 τε εἰς ἀρχῆς εἶχετο γνώμης καὶ βασιλεὺς παρήνει μὴ εἰκῆ πο-
 20 νοεῖν, μὴδ' ἄλλο τι πείθειν ἐπιχειρεῖν. ἀλλ' εἰ μὲν αὐτῷ τῆς
 νήσου πᾶσαν παραδοίῃ τὴν ἀρχήν, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τόγε δεύ- B
 τερον, τῶν τριήρων ὅσων δεῖτο ἔδειτο παρασχεῖν, ὡς ἂν
 εἰς Γαλατῶν ἀφίκηται, ἐνθήμενος τὰ ὄντα. βασιλεὺς δὲ ἐδέ-
 χει δεινὸν, εἰ μήπω πᾶσι φανερᾶς τῆς εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας

imperator, de re aliqua deliberantibus iam haec, paulo post con-
 traria in mentem venire, quae aut meliora, aut deteriora appareant.
 Quare nec ipsum decere, primis ab se auditis sermonibus, adeo
 inconsiderate desperare; verum cum amicis ac propinquis biduo tri-
 duove ubi consuluerit, tum demum venire et quid probetur expo-
 nere; fortassis enim ea consultatione, quid facere par sit, inven-
 turum. Benedictum adhuc parantem contradicere imperator solio
 exurgens cohibuit, testificans, non se ante aures illi daturum,
 quam communicato cum amicis negotio redierit. Sic ille domum
 perturbatissimus abiit. Tertia luce vocatum imperator et dictorum
 admonuit, et alia quaedam adiecit, quibus et animum suum erga
 ipsum et quantopere de homine bene mereri cuperet, declaravit:
 hortatusque est, ut sibi utile danti consilium obsecundaret. Bene-
 dictus a pertinacia non discedere, imperatoremque monere, ne dum
 aliud suadere conetur, oleum atque operam perdat: sed si quidem
 plenum totius insulae principatum sibi det: sin autem, rogare se,
 triremes quot indigeret daret, quibus facultates suas imponeret Gala-
 tamque traiceret. Imperator odiosum arbitrari, si, cum de sua in
 illum beneficentia nondum constaret palam, aut ipse veritatem celare

Α. C. 1329 καθεστηκυίας, ἣ τάληθδὲς αὐτὸς ἐθέλων ἀποκρύπτειν, ἣ ἑτεροί τινες τῶν γενομένων περὶ μηδὲν εἰδότες, οἴησονται τὸν βασιλεῦα βούλευσθαι μὲν ἀπελαύνειν Μπενέτον Χίου, εὐπροσώπου δὲ προφάσεως οὐκ εὐπορεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἀμέμως λαβόμενον τοῦ λόγου, τὰς τε τριήρεις παρέχειν καὶ τὴν ἐξουσίαν ἐπιτρέπειν. διὸ καὶ αὐθις ἐφ' ἑτέραις τριῶν ἡμέραις περὶ τοῦ πράγματος ἐκέλευε διασκέψασθαι, δίκαιον δὲ εἶναι μὴ πρὸς τὴν ἐκείνου μικροψυχίαν ἀπιδεῖν, ἀλλὰ τὴν αὐτῷ προσήκουσαν ἐνδείξασθαι μεγαλοψυχίαν καὶ καρτερίαν. ἴσως γὰρ ἐν αὐταῖς τῶν δεόντων τι βουλευσασθαι δυνήσῃ. Μπενέτος¹⁰ δὲ μηδὲν ἐτι προσθεῖς, θυμοῦ γέμων, οἴκαδε ἀπεχώρει ὡς τὰ ἔσχατα ἡδικομημένος. βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τοῖς γινομένοις δυσχεραίνων, τῶν παρόντων ἐπυνθάνετο Ῥωμαίων, εἰ μὴ τὴν προσήκουσαν εὐεργεσίαν κατατίθεται Μπενέτῳ, μικρὰ ἢ οὐδὲν πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς Χίου πόλεμον συναραμένῳ, ἣ εἰ δι-¹⁵ καὶ ἣ ἀξιώσεις αὐτοῦ καὶ σὺν λόγῳ γινομένη. αὐτὸν γὰρ μὴ δύνασθαι συνεῖναι, ὅ, τι ταῦτα αὐτῷ τὰ ἔηματα νοεῖ. αἱ μὲν οὖν ἄλλοι Μπενέτον τε κατηγιῶντο καὶ πολλὴν κατεγίδνωσκον αὐτοῦ ἀβελτηρίαν· ὁ μέγας δὲ δομέστικος „τὴν μὲν ἀλογίαν” εἶπεν „ὦ βασιλεῦ, καὶ τὴν παράνομιαν τῶν Μπενέ-²⁰ του ζητημάτων πάντες τε ἴσασι σαφῶς καὶ τὴν ὁμοίαν ψήφον φέρουσι περὶ αὐτοῦ. διὸ οὐδὲ πολυπραγμονεῖν ἐξετάζοντας χρῆ, ὅ, τι βουλόμενος ἀνευδότης ἔχει περὶ αὐτὰ· οἴε-

15. πρὸς ED. P. pro πέρ.

vellet: aut quidam alii, rei transactae prorsus ignari existimarent, imperatorem Benedictum Chio expulsam cupere: verum causa aliqua in speciem honesta non suppetente, libenter ex eius verbis occasionem arripuisse et, triremibus suppeditatis, abitionem illi permittere. Itaque rursus alio triduo rem deliberationi iussit committere aequum censens, non ad eius illiberalem animum respicere: sed personae suae convenientem mentis celsitatem patientiamque prae se ferre, forsitan enim illo spatio quippiam opportunum posse statuere. Benedictus verbum non amplius addens et ira aestuans, quasi intoleranda vexatus iniuria, domum recessit. Imperator factio indignatus, praesentes Romanos percunctatur, num Benedicto meritas gratias non retulerit, qui tamen ad bellum Ghium tenui aut nullo auxilio fuerit: et, numquid non iusta et ad praescriptum rationis ab eo requireret: se enim non percipere, quid eius verba significent. Aliis igitur in hominem invehentibus et ut insigniter vecordem condemnantibus, magnus domesticus ita disseruit: Quam a ratione alienum ac delirum sit Benedicti desiderium, omnes perspectum habent. Ideo quid spectans tam rigidus in eo et praefractus perseveret, non est curiosius inquirendam. Censendum vero, furio-

σθαι δὲ αὐτὸν τοὺς μαινομένους προσεοικέναι, οἳ μῆτε περὶ A.C. 1329
 ὧν λέγουσι, μῆτε πρὸς οὓς ποιοῦνται ἴσασι τοὺς λόγους, ἀλλ’
 ἢ ἂν τὸ δαιμόνιον κινῶν, φθέγγονται ἀδιανόητα τοὺς πᾶσιν.
 ὡς ἂν δὲ μὴδ’ ὕστερον αὐτός ποτε μὴδ’ ἑτερός τις τὴν ἀλή-
 59θειαν ἐθέλων ἀφανίζῃεν δύναιτο τῷ ψεύδει χρῆσθαι καὶ τὰ
 οὐκ ὄντα λογοποιεῖν, κακίαν δὴθ’ ἐν προστριβόμενος ἡμῶν τινα,
 αἱ μοι δοκῶ ποιητέα, εἶγε καὶ αὐτῷ σοι συνδόξειεν εἶναι, ἐρῶ. P. 236
 τῇ Χίῳ νυνὶ πολλῶν ἐπιδημούντων, οὐ Ῥωμαίων μόνον, ἀλλὰ
 καὶ ἐκ Γεννούας καὶ Βενετίας κατ’ ἐμπορίαν, καὶ Νικολάου
 10 Σανούτου τοῦ τῶν Κυκλάδων ἀρχοντος, ὃς ἦκε κατὰ φιλίαν
 σὲ προσκνήσων, ἔτι δὲ καὶ ἐκ Λατίνων ἀρχιερέως, ὃς τὴν
 τῆς Χίου παρὰ τοῦ πάπα ἐπιτέτραπτο ἐπισκοπήν, καὶ Φρε-
 ρίων τινῶν κατ’ ἱστορίαν, κέλευσον ἐκ πάντων ἐκκλησίαν
 ἀθροισθῆναι· πάντων δὲ παρόντων γενέσθαι τοὺς λόγους
 15 πρὸς Μπενέτον. κἂν δέξῃται πεισθεὶς τὴν εὐεργεσίαν, παντα-
 χόθεν ἂν ἔχοι καλῶς ἐὰν δὲ τῇ προτέρᾳ παρανοίᾳ χρώμενος, B
 τῶν μὲν ἐν χερσὶν ἀπόσχηται ἀγαθῶν, τῶν δὲ μῆτε ὄντων V. 190
 μῆτε ἐσομένων ἐπιθυμῶν, εἰ μὴ αὐτὸν ὡς ἀδύνατα ἀξιολῶ
 πείσαι δυνατόμεθα, ἀλλὰ τοὺς γε παρόντας σὲ μάρτυρας
 20 μόνον ἔξομεν, ἀλλὰ καὶ κήρυκας καὶ τῆς σῆς καλοκαγαθίας
 καὶ φιλοτιμίας περὶ τὰς εὐεργεσίας, βυσιλεῦ, καὶ τῆς ἐκείνου

12. Φερίοι: non sunt Ferrarienses, ut Intrp. vertit; quo enim? nam
 est Ferraria Graecis, ut in C. Florentino, dicitur *Φερίορα*; sed
 est vox Gallica *freres*; erant autem equites Hierosolymitani, te-
 stante Niceta pag. 145. primae editionis: πρὸς τῶν Ἱεροσολυμι-
 τῶν λυθείς, οὗς Φερίους φασίν. ED. P.

sorum esse similem, qui neque quid, neque apud quos loquantur,
 norunt: sed quatenus a cacodaemone exagitantur, cogitationibus
 humanis abhorrentia effutiant. Ut autem in posterum nec ipse, nec
 alius veritatem mendacio obscurare queat et inanes comminisci fabu-
 las, quo nobis labem aliquam improbitatis inurat, quae mihi vide-
 antur, si forte eadem tibi probabuntur, eloquar. Quia in praesens
 non Romani dumtaxat, sed et Genuenses, et Veneti in hac insula
 negotiantur, et Nicolaus Sanutus Cycladum praefectus, qui amicitiae
 ergo te salutatum venit: item ex Latinis episcopus, cui a papa Chii
 pontificatus commissus est, et aliquot Milites Templi qui terram hanc
 iustrare student; conventum omnibus istis indicito, et in eorum
 praesentia Benedictum compellari iubeto: qui si quod offers, muta-
 tus admiserit, optatissimum acciderit: sin priore adhuc obstrictae
 amentia, quae in manibus habet bona abiecerit; quae autem nulla
 sunt, neque erant, concupierit, et nos illi fidem facere nequibimus,
 ea ipsum postulare, quae dari non possint, certe praesentes quidem
 non solum testes, verum etiam integritatis tuae ac studii in benefa-
 ciendo et illius insaniae praecoones habebimus: et hinc praecipuam

A. C. 1329 παραπληξίας, καὶ δύο τὰ μέγιστα ἐντεῦθεν κερδανοῦμεν, ἡμᾶς τε αὐτοὺς ἀπαλλάττοντες ἀδοξίας οὐ προσηκούσης καὶ τοὺς ἄλλους τῆς ἐκ τοῦ ψεύδους ἐλευθεροῦντες προσγενησομένης βλάβης.” Τοιαῦτα μὲν ὁ μέγας δομestικός εἶπε· βασιλεὺς δὲ ἐπέθετό τε εὐθύς τοῖς εἰρημένοις ὡς καλῶς ἔχουσι, καὶ ὅτι
 C αὐτῷ ἐπέτρπε τὴν πρᾶξιν, προσθεῖς, ὡς εἰ μὴ βούλοιο κατὰ τὰ διατεταγμένα πρότερον ἄρχειν ὁ Μπενέτος Χίου, καὶ δευτέραν ἀρεσιν εὐεργεσίας αὐτῷ προθεῖναι, ἐλάττονος ἢ κατὰ τὴν προτέραν οὐδαμῶς. τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ἐκκλησίαν ὁ μέγας δομestικός ἐκ τε Ῥωμαίων καὶ τῶν ἐπιχωριαζόντων Λατί-10 νων συναγαγὼν, παρόντος καὶ αὐτοῦ Μπενέτου καὶ τῶν Μαρτίνῳ τῷ ἀδελφῷ πρότερον συνόντων οὐκ ὀλίγων, εἰς λόγους τε καθίσταντο καὶ διηγείτο ἄνωθεν ἀπ’ ἀρχῆς, ὅπως τε εἰς Βυζάντιον ἀφίκοιτο πρὸς βασιλέα ὁ Μπενέτος κατηγορῶν τοῦ ἀδελφοῦ ἕφ’ οἷς ἡδικεῖτο παρ’ αὐτοῦ, ὅσα τε αὐτῷ λεχθεῖη πρὸς 15
 D βασιλέως, καὶ τὴν εὐνοίαν, ἣν ἐνεδείξατο πρὸς αὐτὸν ἀφικόμενον πρὸς Χίον, καὶ ὡς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἐνεκα ὁ βασιλεὺς ἀμείβεται τοιαύταις εὐεργεσίαις. Μπενέτος δὲ αὐθις τὴν τε δωρεὰν ἀπεωθεῖτο τὴν βασιλέως, ἀναξίαν κρίνων ἑαυτοῦ, καὶ εἰ μὴ παντάπασιν αὐτῷ παραχωρήσει Χίου, τῆς 20 Ῥωμαίων ἀφελόμενος ἡγεμονίας, μηδεμιᾶς ἐτέρας εὐεργεσίας φάσκων δεῖσθαι παρ’ αὐτοῦ, καὶ μηδὲ τρίβεσθαι εἰκῆ καὶ μάτην ἀδύνατα ἐπιχειροῦντας πείθειν. οἱ μὲν οὖν παρόντες καὶ μάλιστα οἱ ἐκ Λατίνων, πολλὴν ἀκρισίαν κατεγίνωσκον

eamque bipartitam utilitatem hauriemus; quod nos ipsos nimirum ab immerita infamia servabimus: et aliis a nocumento mendacii cavebimus. Haec ubi effatus est magnus domesticus, imperator protinus in eius sententiam ivit, et rei conficiendae negotium illi dedit: atque hoc amplius, nisi Benedictus ex priori decreto Chium administrare vellet, ut aliam ei ex liberalitate conditionem, prima nequaquam deteriorem, proponeret. Die praestituta cum magnus domesticus ex Romanis et Latinis advenis conventum coegisset; praesente etiam Benedicto et non paucis, qui antea cum Martino fratre eius familiariter vivebant, ad verba ventum est: altiusque repetito principio, domesticus narravit, quo pacto Benedictus Byzantium ad imperatorem confugiens, fratrem iniuriarum postulasset, quidque imperator supplici respondisset, et qua is benevolentia postea eundem imperatorem in Chio complexus esset: atque hanc esse causam, quare imperator tantam ei gratiam referret. Benedictum autem iterato quasi se indignam reiecissee; ac nisi Chio a Romano imperio avulsa sibi penitus cederet, nullo se alio eius beneficio egere iactasse: et ne irritus ac temerarius labor impossibilibus sibi suadendis susciperetur, monuisse. Qui aderant, Latini praesertim, fatuum adeo

Μπενέτον καὶ ἤτιώωντο φανερώς, καὶ τὴν βασιλέως Θανμά-A.C. 1329
 ζοντες φιλοτιμίαν καὶ τὴν αὐτοῦ κακοβουλίαν, καὶ συνεβού-P. 237
 λυνον πείθεσθαι βασιλεῖ, ὡς, εἰ μὴ πεισθεῖη νῦν, πολλὰ πολ-
 λάκις ὕστερον μεταμελήσοντος αὐτῷ. ὁ δ' οὐδὲν μᾶλλον
 ἔπειθετο αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς προτέροις ἐνέμενε λογισμοῖς. ὄρων
 δὲ αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος οὕτως ἔχοντα ἐφ' οἷς ἤξιου
 ἀμεταμελήτως „οὐκοῦν” εἶπεν „εἰ μὴ σοι ταῦτα ἀρεστά δο-
 κοίη, ἀλλ' εἰ μὴ τύχοις ὧν αὐτὸς ἀξιολός, καὶ τῆς Χίου παν-
 τάπασι κέρικας ἀποστῆναι δεῖν, καὶ δευτέραν αἰρεσίην σοι
 10 προσηθήσομαι εὐεργεσίας, ἣν αὐτὸς ἐκέλευσε βασιλεύς. οἰκίας
 γὰρ σοι λαμπρὰς καὶ πολυτελεῖς χαρίζεται ἐν Βυζαντίῳ, καὶ
 τῶν συγκλητικῶν Ῥωμαίων ἓνα κελεύει εἶναι, καὶ ἀξιώματι B
 τῷ προσήκοντι τιμῆσει καὶ ἀρχὴν ἐγχειρήσει τῶν παρὰ Ῥω-
 μαίοις νενομισμένων, καὶ τᾶλλα ὅσα τοῖς εὐγενεστέροις Ῥω-
 15 μαίων καὶ αὐτῷ προσήκοντα ἔσται· καὶ τούτων πάντων χω-
 ρίς προσόδων ἐτησίων ἕνεκα ἐκ τῶν τῆς Χίου φόρων μυριά-
 δας χρυσίου λαμβάνειν δύο. Τούτων ἀκούσας ὁ Μπενέτος,
 οὐκέτι οὐδὲ καθεκτός ἐδόκει εἶναι, ἀλλ' ὥσπερ τὰ μέγιστα
 ἀδικούμενος, ἀχθόμενος καὶ δυσανασχετῶν, καὶ ὄρκους ἐαν-
 20 τὸν κατελάμβανε καὶ ἄρα εἰς ταῖς παλαμναιοτάταις, εἴτι παρα-
 δέχαιτο τῶν λεγομένων, εἰ μὴ ἄπερ ἐξ ἀρχῆς ἤτησατο πα-
 ράσχοι βασιλεύς. τρεῖς δὲ ἤτειτο τριήρεις ἐκ τῶν βασιλι-
 κῶν ὡς πανοικεσίᾳ πλευσούμενος ἐς Γαλατᾶν. ὁ μὲν οὖν C
 τοιοῦτους παρακληξίας γέμοντας προῆει λόγους· οἱ δ' ἀκροώ-

Benedicti iudicium insectabantur et damnabant apertissime; atque ut imperatoris honestissimum conatum, sic huius perversum consilium admirabantur, et ad parendum imperatori impellebant: quod ni faceret modo, fore ut in futurum saepe vehementerque poeniteret. At enim surdo fabula caneatur: quippe qui animo obstinaverat non cedere. Tum magnus domesticus usque eo in proposito suo pertendentem videns, Igitur, inquit, 'si haec tibi non placent; sed, nisi quae vis adipiscare, Chio omnino emigrare decrevistis, en alteram tibi iussu imperatoris optionem do; aedes enim tibi magnificas et sumptuosas donat Byzantii, et inter proceres Romanos te allegit, proque dignitate te honorabit, et consuetos Romanis magistratus tibi mandabit: quaecumque etiam nobilioribus Romanis, eadem tibi similiter tribuentur. Praeter haec omnia in annuam pensionem ex Chii vectigalibus viginti nummum aureorum millia accipies. His auditis Benedictus e potestate videbatur exiisse, et tamquam mirifice laesus, aeger animi, semet iureiurando astringebat dirisimisque precibus detestabatur, si quid eorum, quae promittebantur, admitteret: nisi, quae a principio petivisset, imperator daret. Quapropter iterum ternas de imperatoria classe triremes orabat, quibus cum tota familia sua Galatam navigaret. Tales ille sermones vesaniae

A. C. 1323 *οἱ μὲν τῶν εἰρημένων βασιλέα μὲν ἐθανύμαζον καὶ ἐκήρυσσαν*
 V. 191 *καὶ τῆς μεγαλοφυχίας καὶ τῆς φιλοτιμίας, Μπενέτου δὲ πολ-*
λὴν κατεγίνωσκον ἀγνωμοσύνην. καὶ ὁ σύλλογος διελέλυτο
ἐπὶ τούτοις. πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὅσα τε εἶποι καὶ ὧν
ἀκούσειε Μπενέτος, ἐπεὶ μηδὲν ἔτι συνῆρα λειπόμενον τῶν
προσηκόντων, ἐκείνῳ μὲν τρεῖς παρέσχετο τριήρεις, ὥσπερ
ἤτειτο, αἷς ἐνθήμενος ὄση ἦν αὐτῷ περιουσία, ἦλθεν εἰς
 D *Γαλατῶν.*

ἰγ'. Αὐτὸς δὲ ὅσα ἐξῆν πρὸς φυλακὴν ἐξαρτυσάμενος
τῆς νήσου, ἄρας ἐκείθεν ταῖς λοιπαῖς ναυσὶν, ἦλθεν εἰς Φωά-10
καιαν τὴν παλαιὰν, οὕσαν ὑπήκοον Ῥωμαίοις καὶ ἀπόβα-
σιν ποιησάμενος ἐφ' ἡμέρας τινὰς συνεγένετο Σαρχάτῃ, τῶν
κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἄρχοντι Περσῶν ἐκεῖσε γενομένη καὶ μετὰ
 P. 238 *τῆς προσηκούσης αὐτῷ προσελθόντι μετρώτητος καί, ὡς*
εἶπεν, δουλείας. ὃν καὶ δώροισι φιλοφρονησάμενος ὁ βασι-15
λεὺς μεγαλοπρεπῶς, ἀπέστειλεν ἔμπονον Ῥωμαίοις. Αἰτί-
νης δὲ καὶ αὐτὸς Καρίας ὧν σατράπης, πρὸς βασιλέα μὲν
οὐ παρεγένετο ὑπὸ νόσου χρονίου κωλυθεὶς τῶν ὑπ' αὐτὸν
δὲ Περσῶν οὐκ ὀλίγους πέμψας ἅμα δώροισι πρὸς βασιλέα,
τὴν νόσον, ὡς ὑπ' αὐτῆς κεκωλυμένος, ἤτιστα, προσκυνῆσαι
 20 *βασιλέα. βασιλεὺς δὲ λόγοις τε εὐχαριστήσας καὶ δώροισι*
ἀμειψάμενος αὐτὸν, ἀπέστειλε τοὺς ἐλθόντας. ἐκείθεν δὲ
ἐξελθὼν, εἰς Φωάκαιαν τὴν νέαν ἦλθεν. αὕτη δὲ Ῥωμαίους
 B *μὲν οἰκούντας εἶχεν ἐξ αἰτίας δὲ τινος ὥσπερ Ζαχαρίας*

plenus effundebat. Qui intererant, imperatorem suspicientes, eius laudabile studium excelsumque animum commendabant, ac Benedictum valde improbum ingratumque pronuntiabant. Ita conventus est solutus. Imperator ut didicit quae Benedictus audivisset ac respondisset, quoniam nihil acquitatis videbat praetermissum, tres illi triremes quas petebat attribuit: iis omni instrumento suo impo- sito, Galatam pervenit.

13. Imperator quantis potuit praesidiis in insula constitatis, Phocaeam antiquam, Romanis parentem, navibus delatus, ibi dies aliquot cum Sarchane Persarum in Ionia satrapa familiariter versatus est; qui eum qua par erat modestia, et, ut ita dicam, subiectione humili convenerat. Quem splendidis muneribus amice donatum et Romanis foedere sociatum dimisit. Aetines porro Cariae satrapa, morbo diuturno prohibitus, ad imperatorem ipse non venit: sed Persarum quibus praeerat missa non parva manu cum donis, valetudinem excusavit: qua detentus ad eum salutandum proficisci nequiverat. Imperator, gratiis actis, vicissim dona ei portanda dedit. Inde Phocaeam novam accessit, quam Romani habitabant quidem: ex quadam vero causa, ut Zacharias Chio, sic ipsi Andreas Castanius

Χίου, οὕτως δὴ καὶ αὐτῆς Ἀνδρέας Κατανας ἐκ Γεννοῦας κρα- A.C.1399
 τήσας, ἀκρόπολιν τε οἰκοδομησάμενος καὶ κατασχεὼν φρουρᾷ,
 τῆς ἄλλης πόλεως ἤρχεν ἀσφαλῶς. τότε μὲν οὖν Ἀνδρέας
 οὐ παρῆν, ἀλλ' εἰς Γέννουαν κατὰ τινα χρεῖαν ἀπεδήμει.
 5 Ἀργῆος δὲ Ταρταρῶ, ὃς ἦν Ἀνδρέου θεῖος, Φωκαίας ἤρχεν
 ἀντ' αὐτοῦ· ὃς ἰδὼν τὸν βασιλέα προσιόντα, Φωκαίας τε
 ἐπέσπευδεν εἰς ὑπάντησιν βασιλέως ἐξελθεῖν, ἀνοίξας τὰς πύ-
 λας, καὶ αὐτὸς ἅμα σὺν αὐτοῖς ἐξῆλθε καὶ προσεκύνη βασι-
 λέα. ἐπεὶ δὲ γένοιτο ἐντὸς τειχῶν, τοὺς τὴν ἀκρόπολιν φρου-
 10 ροῦντας (ἦσαν δὲ ἐκ Γεννοῦας Λατῖνοι,) ἐξελθόντας ἐκέλευε
 βασιλεὶ παραδιδόναι. οἱ δὲ ἐξήρχοντό τε προσκυνούντες, καὶ C
 παρεδίδοσαν τὴν ἄκραν. βασιλεὺς δ' ἐν αὐτῇ δύο αὐλισά-
 μενος ἡμέρας, εἰς τὴν τρίτην ἅμα ἐφ' τὸν Ἀργῆον μεταπεμ-
 ψάμενος, καὶ τὰ κλεῖθρα τῆς πόλεως τοὺς τοὺς πελέκους ἔχον-
 15 τας βαράγκους κελεύσας ἀγαγεῖν (τούτους γὰρ ἔθος τὰ κλεῖ-
 θρα τῶν πόλεων ἐνθα ἂν ἐπιδημοίῃ βασιλεὺς, κατέχειν,) Ἀργῆν
 ἐκέλευε παραδιδόναι, πρὸς αὐτὸν εἰπὼν, ὥς „νῦν μὲν
 εἰς Φωκαίαν ἐμοὶ ὑπήκουον οὖσαν ἐλθὼν, ἔμεινα ἐφ' ὅσον
 ἡβουλόμην. αὐθις δὲ ἐξερχόμενος, τὴν πόλιν παραδίδωμί
 20 σοι, καὶ διὰ σοῦ τῷ Ἀνδρέᾳ, ὥστε ἄρχειν αὐτῆς ὥσπερ καὶ
 πρότερον ἐπιτροπεύοντα καθ' ὅσον ἂν χρόνον ἐμοὶ βουλομένη
 ᾗ.” δώροισι τε αὐτὸν καὶ τοὺς τὴν ἄκραν φρουροῦντας φιλο- D
 φρονησάμενος, καταλιπὼν ἐκεῖ πολλὰς αὐτῷ τῆς εὐεργεσίας

9. δ' ἐγένετο conl. ED. P. 15. Aliis scriptoribus βάραγγοι δι-
 cuntur; erantque Angli, ut ex his Codini verbis discere est: πολυ-
 χρονίζουσι καὶ οἱ βάραγγοι κατὰ τὴν πατριον καὶ οὗτοι γλωτ-
 ταν αὐτῶν ἔχουν ἰταλιανιστί. ED.P. Vide supra p. 200. v. 11.

Genuensis subiugata, arceque constructa et praesidio firmata, secure dominabatur. Ac per id tempus quidem negotii curandi Genuam peregre abierat. Interim Aregus Andreae patruus pro eo cum potestate praeerat. Is ut imperatorem adventantem conspexit, portis apertis cives ad occurrendum urgere institit: ipseque simul exiens, venerabundus eum salutavit. Ubi intra moenia ventum est, praesidarios egressos (erant autem Latini et Genuenses) arcem imperatori transdere iussit. Illi egredientes, capita venerabundi submitunt arcemque dedunt. Duobus diebus in arce exactis, die tertio mane Arego accersito, securigeros barangos claves urbis afferre (hos enim urbium claves imperatore praesente custodire solenne erat) et Arego tradere imperavit, eum in hanc sententiam alloquens: Nunc quidem Phocacam mihi subiectam veni, mansique quam diu volui: rursum discedens, urbem tibi commendo, et per te Andreae, uti eam quemadmodum prius ceu praefectus gubernet, quamdiu mihi volenti erit. Deinde donis illum ac praesidium humaniter auxit:

- A.C. 1329 χάριτας ὁμολογούστας, ἄρας σὺν ἅμα παντὶ τῷ στόλῳ ἦλθεν εἰς Βυζάντιον καὶ διέλυσε τὴν στρατιάν. ὀλίγον δὲ ἐνδιατρέψας
- V. 192 Βυζαντίῳ χρόνον, ἐξελθὼν ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς Διδυμότιχον. ἔνθα διατρέβοντι ἠγγέλθη ὡς ἐκ τῆς ἑω στρατιᾶ Περωσῶν πεζὴ περαιωθεῖσα ἑβδομήκοντα ναοὶ, τὰ περὶ Τραιανούπολις⁵ ληΐζεται καὶ Βήραν. συμβέβηκε δὲ διὰ τὸν εἰς Χίον ἀπόπλουον πάντων οἰκάδε διαλυθέντων ἀναπαύλης χάριν, βασιλέα ἅμα δομοστικῶ τῷ μεγάλῳ σὺν ὀλίγοις τισὶν εἶναι στρατιώταις ὄσους δὲ ἐνῆν ὡς τάχιστα συναγαγόντες ἐκ τῶν πέριξ πόλεων, ἀπροσδοκῆτως ἐπέθεντο τοῖς Πέρσαις, καὶ μάχῃ κρα-10 τήσαντες παρὰ πολὺ, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ
- P. 239 καὶ εἶλον ζῶντας. ὄσοι δὲ ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, ἐμβάντες εἰς τὰς ναῦς, (ἐπεὶ τοτηνικάδε ναυτικὴ δύναμις οὐκ ἦν Ῥωμαίοις παρεσκευασμένη) ἐπεραιώθησαν πρὸς ἑω καὶ ὁ βασιλεὺς μετὰ τὴν νίκην εἰς Ἀδριανούπολιν ἐπανῆλθεν. Μπε-15 νέτος δὲ ὁ Μαρτίνου ἀδελφὸς ἐκ Χίου κατασχὼν εἰς Γαλατῶν, γνώμην ἔχων ὡς ἦν δύνηται ἀμυννόμενος βασιλέα, τριήρεις ἐκ Γεννοῦας εὐρῶν ἐφορμούσας ὀκτώ, τὰ ὄντα πάντα διαθέμενος, πείθει μισθῷ τοὺς τριηράρχας, αὐτῷ κατὰ Χίου συνεκπλευσαι, ἐλπίσας αἰρήσειν ἑαδίως, ὡς βασιλέως οὐ τα-20 χέως βοηθήσοντος, τῆς ναυτικῆς αὐτῷ δυνάμεως διεσκαδισμένης. ἐπεὶ δὲ προσέσχον τῇ Χίῳ, ἀπέβαινόν τε τῶν νεῶν Β καὶ ὀπλισάμενοι ἐχώρουν πρὸς τὴν πόλιν ὡς τῶν τειχεῶν ἀποπειράσοντες. Χιοὶ δὲ ἐξελθόντες πανδημεὶ ἐκράτησάν τε

singularesque de liberalitate gratias agentes relinquens, cum tota classe Byzantio successit ac militi missionem dedit. Brevi tempore illic posito, Didymotichum iuivit. Eo nuntiatum, ex oriente Persarum peditatum navibus septuaginta transiecisce, agrumque Traianopolis et Beres depraedari. Evenit autem, propter reditum e Chio omnibus domum ad requiescendum dimissis, cum imperatore magnoque domestico paucos esse milites. Verumtamen quotquot licuit, quam maturime ex finitimis oppidis cogentes, improviso in Persas feruntur, eosque facillime victos partim occidunt, partim captivos ducunt. Qui effugere potuerant, conscensis navibus (tunc enim Romani a navali manu et apparatu instructi non erant) in orientem recurrerunt, et imperator parta victoria Traianopolin se retulit. Benedictus Martini frater e Chio Galatam appulsus, imperatorem ulcisci volens, si posset, inventis in portu octo Genuatium triremibus, constitutis rebus suis omnibus, mercede persuadet trierarchis, uti secum contra Chium navigent; sperans, se eam levi negotio subacturum, quod imperator dispersis classiariis, tarde opem insulani esset allaturus. Postquam Chium naves tetigerunt, exscensione facta, armati ad oppidum, veluti periculum murorum facturi processerunt. At Chii erumpentes, quum multi erant, Latinos congressu

μάχη τῶν Πλατῶνων, καὶ φεύγοντας ἀσχυρῶς ἐπέβαλον εἰς τὰς ναῦς ἀπέκτειναν δὲ αὐτῶν ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων. οἱ δὲ λοιποὶ ἀναχθέντες, ὠρμίσαντο ἐπ' ἀγκυρῶν, καὶ ἐς τὴν ὕσταταιαν, οὐκέτι ἀγαθὰς ἔχοντες τὰς ἐλπίδας περὶ Χίου, ἐπ' 50 αἰκοῦ ἀνεχώρουν. Μπενέτω δὲ ὡς πᾶσα ἐλπίς περιηρηίτο, ἐπιληψία κατεσχέθη καὶ πρὶν ἐβδόμην ἤκειν ἐτελεύτησεν. C

ιδ'. Ὀλίγου δὲ παρῳχηκόςτος χρόνου, συμβέβηκε βασιλέα Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβοντα ὅξει νόσηματι περιπεσεῖν, ὃ παῖδες ἰατρῶν κεφαλικὸν σύμπτωμα καλοῦσιν. ἰατροὶ μὲν 10 οὖν ἐκ πρώτης προσβολῆς τὴν ὀξύτητα δεῖσαντες τῆς νόσου, οὐκ ἀγαθὰς εἶχον τὰς ἐλπίδας· καὶ βασιλεὺς δὲ αὐτὸς τὴν Διδυμοτείχῳ καταβολὴν ὑπώπτευσ μὴ οὐκ ἄνευ κινδύνου τελευτήσῃ. δευτέρῳ δὲ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν προσβολὴν τὸν μέγαν 15 δομέστικον μετακαλεσάμενος „σὺ μὲν” εἶπεν, „οἶσθα, ὁσάκις ἐμοῦ πείθειν ἐπιχειρήσαντος παρασήμοις σε κοσμηθῆναι βασιλικῶς, ὡς τι πλέον αὐτὸς εἰδὼς, τοὺς μὲν ἐμοὺς διεκρούσας λόγους, καίτοι λυσιτελοῦντα πᾶσιν ἀξιοῦντος· ἃ δὲ αὐτὸς 20 ᾤου βελτίω εἶναι, ταῦτ' ἔθου διὰ σπουδῆς ἀκατάλυτα τηρεῖν. νῦν δὲ αὐτὸς εἶκα μᾶλλον ἢ σὺ στοχάζεσθαι τῶν συμφορῶντων. εἰ γὰρ ὅσα αὐτὸς ἤξιον ἐτελείτο, νῦν οὐκ ἂν ἐν 25 θορύβῳ πολλῷ καὶ ταραχῇ αὐτὸς τε ἦν καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα τοὺς ἐσχάτους ὑπώπτευσ κινδύνους. εἰ γὰρ με συμβαίη νῦν ὑπὸ τῆς νόσου κατεργασθέντα τελευτῆσαι, ὅπερ οὐδὲ

devicerunt, lethoque datis paulo plus trecentis, turpiter ad naves fugere compulerunt. Qui restabant, ora soluta a litore recedentes, ancoris naves fundabant. Postridie, cum de insula potiunda nihil bonae spei haurirent, domum viam remensi sunt. Benedictum desperatione fractum epilepsia invasit, et ante diem septimum vita defunctus est.

14. Non multum temporis intercessit, cum imperator Didymotichi in morbum acutum incidit, quem cephalicum symptoma nominant medici. Igitur ex prima eius accessione gravitatem metuentes, parum bene sperabant: et imperator ipse crebrioribus accessionibus interitum sibi allaturas formidabat. Postero igitur die post accessionem magnum domesticum advocans, his eum verbis alloquitur: Memoria tenes, quo pacto, cum ego saepius te flectere enisus sim, ut insignia imperatoria ne recusares, tu velut longius quam ego prospiciens, dicta mea, quamquam ad communem fructum spectantia, repudiaris: quae autem ut meliora probasses, ea studiose constanterque servare constitueris. At nunc quid e republica sit, melius quam tu conicere videor. Nam si tunc obtinuissem, quae iure postulabam, nec ego iam in tantis curis ac perturbatione, nec Romanum imperium in extremorum periculorum metu versaretur. Si enim modo

A.C. 1329 πόρρω προσδοκίας, ἄθλον εἰ μὴ εἰς πράγματα θμῖν καὶ τα-
 V. 193 ραχὰς ἣ ἐμῆ τελευτῇ χωρήσει. διὸ καὶ δεῦν οἴομαι, αὐτῶν
 νυνὶ σαφῶς τὰ δέοντα τῶν πραγμάτων διδασκόντων, τὴν μὲν
 ἄκαιρον φιλονεικίαν καὶ τὴν οὐ προσήκουσαν ἔνστασιν κατα-
 λιπεῖν αὐτὸν δὲ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὅσοι πάρεσι 'Ρωμαίων ἔπο-5
 δήμασί τε βασιλικὸς καὶ πῖλῳ τῷ ἐμῷ, ἃ δοκεῖ βασιλείας
 σύμβολα εἶναι, κοσμηθῆναι ἐπ' ἐμοῦ. κἂν μὲν καὶ αὐτὸς
 περιγένοιμαι τῆς νόσου, καινὸν οὐδὲν ἂν εἴη εἰργασμένον. ἃ
 Βγὰρ προὔθεμν ἐξ ἀρχῆς καὶ διὰ σπουδῆς εἶχον ἐλθεῖν εἰς
 πέρας, ταῦτα ἔσται εἰργασμένα· εἰ δ' ἐξ ἀνθρώπων γένοιμαι, 10
 τὴν ἡγεμονίαν πᾶσαν ἀναδέξασθαι 'Ρωμαίων σὲ, καὶ μὴ διὰ
 τὴν ἀναρχίαν εἰς στάσεις καὶ πολέμους χωρῆσαι, ἐξ ὧν δια-
 φθαρήσονται." Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα συνεβούλευε καὶ
 προσετίθει, ὥς, εἰ μὴ ἀνιῶν βούλοιο αὐτὸν, καὶ ταῦτα νο-
 σοῦντα νῦν, τὸ κελυδόμενον ποιεῖν. ὁ δ' οὐδὲν ἔλαττον τῶν 15
 ἐξ ἀρχῆς εἶχετο λογισμῶν καὶ γνώμην εἶχεν, ὥς οὐδ' ἂν εἴ τι
 γένοιτο εἰς βασιλέως σχῆμα κατασταίῃ. συνιδὼν δὲ ὁ βασιλεὺς
 ὥς οὐκ ἂν δύναίτο πείθειν αὐτὸν ἀμείβειν τὸ σχῆμα, ἔγνω δεῖν
 Cμὴ πέρα τοῦ δέοντος φιλονεικεῖν, ἐν οὕτω στενῷ κομῳδῇ τῶν
 πραγμάτων καθεστῶτων, ἀλλ' αὐτοῖς πράγμασι διάδοχον 20
 αὐτὸν τῆς βασιλείας καταλιπεῖν, καὶ τοῖς παρεστῶσιν ἐκέλευε
 τοὺς τε προὔχοντας τῆς συγκλήτου πρῶτον καὶ τοὺς ἄλλους
 ἐδγενεῖα διαφέροντας, ἔπειτ' ἐφεξῆς καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι
 παρῆσαν 'Ρωμαίων συγκαλεῖν. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον καὶ περι-

vi morbi confectus emoriar (id quod ante fores est) forsitan mors
 mea molestias vobis et turbas creabit. Itaque cum iam res ipsa offi-
 cium satis doceat, valere iubenda intempestiva pertinacia et inde-
 cens in repugnando perseverantia: patiendumque, ut te in conspectu
 quotquot adsunt Romanorum, sandaliis imperatoris et tiara mea,
 quae imperii habentur symbola, exornem. Et si quidem convalu-
 ero, nihil novi factum fuerit: sed quod a principio mihi erat in
 animo quodque studebam ad opus perducere, hoc iam opere ipso
 perfectum conspicietur. Quod si ab hominibus demigravero, tu
 totum imperium susceperis, neque (ut solet, cum nullus est princeps)
 Romani seditionibus et bellis ad mutuam perniciem miscebuntur.
 Haec imperator hortabatur: addebatque, si se et quidem nunc aegro-
 tum contristare nollet, ne detrectaret, quo invitaretur. Sed dome-
 sticus semel susceptae sententiae affixus, omnia potius velle experiri,
 quam ornamenta imperatoria capessere. Sentiens porro imperator
 fieri non posse, ut in habitu mutationem consertiret, non ultra
 quam fas cum eo contendendum, rebus in tantas angustias redactis:
 sed factis ipsis imperii successorem relinquendum censuit: et astan-
 tibus praecepit, principes primus aulicorum procerum et alioqui
 nobilitate praestantes, deinde alios ordine Romanos qui aderant accire.

ἐστησαν αὐτὸν, καὶ Ἄγγαν τὴν βασιλῖδα ἐκέλευε παρεῖναι. A. C. 1329
 ὡς δὲ καὶ αὐτὴ παρῆν, ὡς μάλιστα εἶχεν ἐπιρρώσας ἑαυτὸν,
 ὀλίγα ἄττα διεiléχθη πρὸς αὐτούς. ἔφη γάρ· „Τὴν μὲν
 εὐνοίαν, ᾧ φίλοι, τὴν περὶ ὑμᾶς καὶ ὡς τοῦ παντός ἄν ἔτι-
 5μησάμην, οὐ μόνον κοινῇ πάντας, ἀλλὰ καὶ ἕκαστον ὑμῶν
 ἰδίᾳ τὰ μέγιστα εὐεργετῆσαι, καὶ ὡς οὐκ ἐν παρέργῳ, ἀλλὰ D
 πάσῃ σπουδῇ τῷ κοινῷ Ῥωμαίων τι λυσιτελήσειν ὑμῖν χρώ-
 μενος συνεργός προῦδέμην, νομίζων εἰ ἀποθανοῦμαι τοῖς
 βαρβάροις μαχόμενος ὑπὲρ αὐτῶν, πάσης ἡδίων καὶ μακαριώ-
 10τοτρον ζωῆς, αὐτὸς ἄν εἰδείη θεός, ὃ τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κεκρυμ-
 μένα τῶν ἀνθρώπων εἰδὼς καὶ καρδιῶν καὶ φρενῶν ἔτιστής.
 ἐπεὶ δὲ οἷς οἶδε κρίμασιν αὐτὸς τοῦτο μὲν οὐ κέρκις δεῖν,
 ἀλλ' ὡς ὄρατε περιέστησεν ἡμῖν τὴν τελευταίην, πάντας πειθῶν
 ἔργοις ἀτοκοῖς, ὡς οὔτε χρήμασιν οὔτε δόξῃ οὔτε τοῖς λοιποῖς
 15ῦσα τῶν ρεόντων καὶ φθειρομένων, χρεῶν προσέχειν, ἀλλ'
 ἐνὸς μόνου γίνεσθαι τοῦ διὰ βίου παντός προσέχειν θεῷ καὶ
 πρὸς τὸν ἐκεῖθεν βίον ἑαυτὸν ἕκαστον μεταρῥυθμίζειν καὶ P. 241
 μεταρμόζειν, πρῶτον μὲν ὑμᾶς ἀσπάζομαι τὰ τελευταῖα δὴ
 ταῦτα, ἄδηλον ὃν εἰ ἔτι προσφθέξομαι ὑμῖν, καὶ δέομαι
 20ὑμῶν, εἴ τις ὑμῖν κέεται χάρις ἐμοῦ, ἰκεσίαις ἰλεώσασθαι τὸ
 κρεῖττον ἐμοί, τῷ πολλὰ πολλάκις αὐτῷ προσκεχουκότι, μάλ-
 ιστα νυνὶ δεομένη τῆς ἐπικουρίας ταυτησί· ἔπειτα δὲ ἡγε-
 μόνα καὶ προστάτην ἀντ' ἐμοῦ τὸν μέγαν δομέστικον ἀφίημι
 ὑμῖν.” Μετὰ δὲ τοῦτο τῶν αὐτοῦ λαβόμενος χειρῶν καὶ ταῖς

Ubi affuerunt lectulumque circumsteterunt, etiam Augustam vocari iussit. Qua praesente, ut maxime potuit, se confirmans, pauca ad eos his verbis locutus est: Meum erga vos propensum animum, amici, et quomodo me felicissimum iudicasset, si non solum in omnes communiter, sed in unumquemque vestrum seorsum potuissem quamplurimum benignitatis conferre: nec leviter, sed summo conatu republicae Romanorum, vobis adiutoribus, prodesse aliquid apud animum certum ac fixum habuerim, ratus omni vita suavius ac beatus, si pro iis contra barbaros decertans oppeterem, ipse, qui occulta et abscondita hominum perspicit, quique corda ac renes scrutatur, Deus novit. Quia vero is hoc fieri non debere statuit, (quo iudicio, ipse scit) sed, ut aspiciatis, morte nos circumdedit, omnes manifesto exemplo commovens, nec pecuniae, nec reliquis quibuscumque fluxis ac pereuntibus incumbendum: verum uni tantum Deo serviendum, eique quamdiu supersis adhaerendum, et ad illam caelostem vitam cuique mores suos corrigendos aptandosque, primum quidem hoc sermone extremum vobis valedico, cum dubitem, ecquid vos de cetero allocuturus sim: rogoque, si quid me amatis, ut numen toties et tam graviter a me offensum, precibus vestris mihi tali tempore potissimum tali auxilio indigenti propitietis. Deinde ducem ac pra-

- A. C. 1329 *χεροὶ τῆς βασιλίδος περιεγαγὼν, ἐχούσης ἐν γαστρὶ Μαρίας τὴν θυγατέρα, ἣ καὶ ὑστερον Μιχαὴλ πρὸς γάμον ἐξεδόθη*
*Ἐν τῷ Μουσῶν βασιλείῳ Ἀλεξάνδρου, καὶ τῆς εἰκόνας ἐφροση-
 κνίας τῆς ὑπερφυῶς διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν τετο-
 κνίας θεὸν τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν „σοὶ ταύτην” ἔφησ*
- V. 194 „*παραδίδωμι καὶ πάντας Ῥωμαίους, καὶ τοαποτοῦδε σοὶ
 μελήσει περὶ αὐτῶν.”* Θρηῆνος μὲν οὖν εὐθύς ὑπὸ πάντων
 ἤρτο λαμπρὸς καὶ πάντες ἐτράποντο πρὸς αἰμογάς, καὶ οὐ-
 δὲν ἦν ὄρα ἔν μὴ κοπτομένους καὶ κατατιλλομένους, καὶ ὁ
 διὰ πάντων ὀλοφυρμὸς ἐπιπολὺ τοῦ ἀέρος ἐχώρει καὶ πάντα
 ἐξηκούετο συμμιγῆ· καὶ οὐδεὶς εἰ μὴ αὐτολιθίνην εἶχε ψυχὴν,
 ἴσχυσεν ἂν ἐγκρατῆς ἑαυτοῦ γενέσθαι καὶ μὴ ἐπιδικαυῶσαι
 τοῖς γινομένοις. Ἐφ’ ἱκανὸν μὲν οὖν πάντες ἐνέμειναν τοῖς
 ὀλοφυρμοῖς, οὐδενὸς ἰσχύσαντος ἀπολογίαν πρὸς τὰ εἰρημένα
 παρασχεῖν· ὄψε δὲ ἀναλαβόντες ἑαυτοῦς, συνέθεντο τὰ δια-15
 τεταγμένα ἐκπληροῦν, καὶ προσαγορεύοντες τὰ τελευταῖα ἕκα-
 στος βασιλέα, δάκρυσι περιβρόμενοι ἀνεχώρουν. διὰ πάσης
 δὲ τῆς ἡμέρας ταυτησίν, οὕτω προστεταγμένον ὑπὸ βασιλείας,
 τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις θυρῶν ἀναπετασθεισῶν, πάντες εἰσιόν-
 τες ἀκωλύτως προσηγόρευον βασιλέα καὶ ἠσπάζοντο τὰ τελευ-20
 ταῖα, καὶ αὐτὸς ἀντασπαζόμενος αὐτοῦς, τὰ διατεταγμένα
 ἔπ’ αὐτοῦ παρηγγύα στέργειν. οὕτω μὲν οὖν διὰ πάσης τῆς
 ἡμέρας τοῖς πᾶσι συνταττόμενος διετέλεσεν ὁ βασιλεύς. μετὰ
 Δδὲ τοῦτο προσκαλεσάμενος τοὺς λατροὺς, ὠρκίξεν αὐτοῦς

sidem loco meo magnum domesticum vobis relinquo. Haec fatus, comprehensam eius dexteram dexterae imperatricis, tum Mariam filiam utero gestantis, quae postea Michaeli, Alexandri Moesorum regis filio nupsit, implicuit et ante illius imaginem, quae supra naturam ad salutem humani generis Deum Iesum Christum peperit, Tibi, inquit, hanc et Romanos omnes trado atque commendo: tibi ex hoc curae erunt. Illico se omnes in lamenta et gemitus effundere: nec videre licebat, nisi pectora ferientes et crinem ianiantes. Tollebatur ad aethera communis eiulatus, et confusae omnium voces exaudiebantur: nec quisquam in tanto luctu, nisi e silice natus esset, a fletu temperare poterat. Diastule igitur universi plorantibus indulgebant: nec ad ea, quae audierant, respondere volebant. Ubi sero se collegerunt, praecepta imperatoris servare inter se decreverunt, eique ultimum vale singuli multis cum lacrymis dicentes recesserunt. Per diem vero totum imperatoris iussu apertis palatii portis, quicumque volebant, ingressi, salve et vale ei dicebant: ipseque vicissim valedicens hortabatur, uti a se sancita boni consulerent. Sic itaque diem omnibus valedicendo consumpsit. Post advocatis medicis, per Deum vivorum ac mortuorum iudicem eos adiuravit, ne ipsam vetarent sancto habitu monachorum indui. Hoc se petere, non quod

